






Hai[...] Bibliographicum

[...]63.

Hain, 7063

Salvia salvatrix nature conciliatrix
Salvia cum ruta cum [illegible] a morte reum [illegible]
[illegible] cerebri confortat salvia spasmum
paralisim tollit sanguinis melior fit
Salvia cum rutha faciunt tua pocula tuta
Feniculus verbena rosa celidonia ruta
Ex hijs fit aqua que lumina reddit acuta
Semen feniculi frangit spiracula culi
Ad pulmonis opus coque cum lacte ysopum
ysopus est herba purgans de pectore flegma
Cytharas [illegible] dat
[illegible] ysopum cum aqua calida vel vino gallico
[illegible] atque [illegible] et stomacho

# Marsilius Ficinus Florētinus De triplici vita.

nouum testamentum

# Prologus.

Marsilij Ficini Florētini in libꝝ de uita/ad magnanimum Laurētiū Medicen patriæ seruatorē: Prologus.

b Acchum/poetæ summū antistitē sacerdotū/bis natū canūt. Forte significātes/ uel futurū sacerdotē statim initiatū/ oportere renasci: Vel perfecti tandē sacerdotis mentē deo penitus ebriā/iam uideri renatam: Aut forsan humiliore sensu/uinū Bacchi germē generari semel ī uite quasi Semele/maturis sub Phœbo racemis: regenerari rursum post ipsum uindemiæ fulmen in suo uase uinū: uelut in Iouis femore merum. Sed de sacris in præsentia mysterijs nō est loquendum: ubi mox physica potius ope languētibus opitulaturi sumus. Nec agendū stilo grauitatis seruo: sed libero potiꝰ & iocoso: postq̄ a Libero patre nescio quomō statim exorsi sumus. Et recte inquā nescio quomō: Nā forte prudentior aliqs a Phœbo medicorū primo/potius q̄ a Baccho medicinā auspicatus esset. Quid uero? Si quod nō uanū omen sit ī ore nunc forte quadā proferente Bacchū. Hic enim almo quodā uino securitateq; lætissima/salubrius forte medetur/q̄ herbis ille suis carminibusq; Phœbꝰ. Quocūq; uero sensu uel illa uel hæc accæperis/dux ille sacerdotum Bacchus/geminas quasi matres habuisse fertur. Melchisedech aūt summus ille sacerdos/unā uix matrē/unū uix patrem habuit. Ego sacerdos minimus/ patres habui duos: Ficinū medicum/ Cosmū medicen: Ex illo natus sum: ex isto renatus. Ille quidē me Galieno: tum medico/tum Platonico cōmendauit: Hic autē diuino consecrauit me Platoni. Et hic similiter atq; ille Marsilium medico destinauit. Galienus quidē corporū: Plato uero medicus animorum. Iandiu igitur sub Platone salutarē animorū exercui medicinā: Quādo post librorū omniū eius interpretationē/mox decē atq; octo de animorū īmortalitate libros/& æterna fœlicitate cōposui: ita pro uiribus patri meo medici satisfaciēs. Medico uero patri/satis deinceps faciendū

putans/librũ de litteratorũ ualitudine curãda cõposui. Desiderabant præterea post hæc homines litterati/non tantũ bene quãdoq ualere:sed etiã bene ualẽtes/diu ui/uere. His ergo deinde librũ de uita lõga dedi. Diffide/bant autẽ medicinis atq remedijs in re tanta terrenis: Adiunxi librũ de uita/tum ualida/tum lõga cœlitus cõ/paranda:ut ex ipso mũdi corpore uiuo/uita quædã ue/getior in corpus nostrũ quasi quoddã mundi membrũ/uelut ex uite ꝓpagaretur. His uero tu medicinæ libris ignosce precor indulgẽtissime Laurenti: si dum medi/cus esse uolo: nescio quõ etiã nolens sum &si nõ bonus sæpe poeta. Nam & Phœbus idẽ est medicinæ reptor/poesisq magister:uitãq ille suã nobis non tam per her/bas q̃ per citharã cantũq largitur. Ipsa quinetiã Venus apud astrologos/musicũ æque parit/& medicũ. Sed ha/ctenus dum litteratorũ ciuiũq similiũ uitæ curiosius cõ/sulo/librorũ meorũ salutẽ negligo: q̃diu inter se patior esse seiunctos. Quãobrẽ in eos nũc primũ pius/in cor/pus unũ copulo. Cuius artubus in unã formã iam cõpa/ctis/uita ꝑtinus adsit. Non potest autẽ hoc opus physi/cum/id quasi corpus meũ/uitã accipere/nisi meã. Eius/modi uero uita ex mea dũtaxat pendet anima. Hæc au/tem iãdiu penes te magnanime Laurẽti mi patrone ui/uit:in ea præsertim amplissimarũ ædiũ tuarũ parte: ubi una cũ Platõe/nostrũ illud de animorũ imortalitate ser/uatur opus/tuo iampridẽ nomini dedicatũ. At animus iste meus: &si in beata quadã quasi patria penes te uitã agit/uerũtamen/quod & theologi uolunt/inquietus est interea/donec opus id physicũ tanq̃ suũ corpus accipi/at. Accipe igitur optime Laurenti/post illos de anima/hos etiã de corpore libros: eodẽq afflatu/quo & illis du/dum/fœliciter his aspira. Ita enim & corpus hoc sub tuo spiritu/per suã uiuet animã:&anima uicissim nostra cũ hoc iam suo corpore in tuis laribus cõquiescet.

# Proœmium.

Liber iste de Vita in tres libros ē diuisus. Primus de uita sana: siue de cura ualitudinis eorū qui incūbunt studio litterarū. Secūdus de uita longa. Tertius de uita cœlitus comparanda.

Marsilij Ficini Florētini in librū primū de uita sana ad Georgiūantonium Vespucciū/ & Ioannem baptistam Boninsegniū: Epistolare procœmium.

m Arsilius Ficinus Florētinus Georgioantonio Vespuccio & Ioanni Baptistæ Boninsegnio uiris probitate doctrinaq; insignibus. S. D.

Multa uobiscū his tēporibus peripateticorū more deambulando cōfabulati sumus de curanda eoꝝ ualitudine/ qui assidue incumbūt studio litterarū: Quæ quidē breui pstricta cōpendio uobis potissimū cōmendare decreui. Neq; prius id opusculum uel ipse ꝓbabo/ q̄ a uobis præcipue uiris/ amicisq; ꝓbatissimis ꝓbatum esse resciuero: uel elegantissimū Laurentij Medicis nostri iudicium subire pmittam: Cuius quidē ꝓsperæ ualitudini est imprimis si opus fuerit/ consulturū. Vix eñ præsentibus litteratis/ præsertim nostris ꝓspiciet unq̄/ nisi prius eoꝝ patrono Mecēnati ꝓspexerit. Legite igitur diligēter/ atq; curate ualitudinē diligētissime. Sublata enim sanitate/ sublimes musarū fores/ nisi deus omnipotens mira quadam uirtute & ducat & patefaciat/ aut non tangūtur a nobis unq̄/ aut certe frustra pulsantur. Physicam uero hanc disputationē nostrā eo potissimū tanq̄ argumentū quoddā spectare uolumus/ uidelicet si cōsequendæ sapientiæ gratia/ corporis sanitas tantopere quærenda est/ multo magis sanitatem mentis/ qua sola potest sapientia comp̄hendi/ esse quærendā: alioqn inscite omnino scientiam quærunt/ quicūq; insana mente sapientiam capere moliuntur. Sanitatem quidē corporis Hippocrates/ animi uero Socrates pollicet̄. Sed ueram utriusq; sanitatē solus ille præstat: qui sic exclamat: Venite ad me oēs qui laboratis/ & onerati estis: at

q₃ ego uos reficiā: Ego sū uia/ ṽitasq₃ & uita. Valete.

Capitulorū primi libri De uita sana Annotatio.

# De vita sana.

Marsilij Ficini Florentini primus liber de uita sa/
na: siue de cura ualitudinis eorum qui incumbunt stu/
dio litterarum / incipit.

De nouem studiosorum ducibus: Cap. j.

Vicunq; iter illud asperū arduumq; &
longum ingrediuntur / quod quidē uix
tandem ad excelsum nouē musarū tem
plum assiduo labore ꝑducit / nouem om
nino itineris huius ducib⁹ indigere ui/
dent̄. Quorū ꝑmi q̄dē tres ī cœlo: Tres
sequētes ī aīo: Postremi tres ī t̄ra nos ducūt. Pricipio ī
cœlo Mercuri⁹ / ut īuestigādo musaꝝ iter aggrediamur /
uel īpellit uel adhortat̄. Siquidē Mercurio tributū ē in/
uestigationis oīs officiū: Deinde Phœbus ipse & quæ/
rētes animos & res quæsitas splēdore uberrimo sic illu/
strat / ut ꝑspicue q̄d quærebat̄ / a nobis inueniat̄. Acce/
dit gratiosissima Venus gratiarū mater: atq; almis omi/
no lætisq; radijs suis / rem oēm adeo condit & ornat: ut
quicquid & instigāte Mercurio quæsitū fuit / & mōstrā/
te Phœbo iā erat inuentū: mirifica quadā & salutari ue/
nustate Veneris circūfusum delectet semꝑ & ꝓsit. Se/
quunt̄ tres itineris hui⁹ duces in animo / uidelicet Volū/
tas ardēs & stabilis: Acumen ingenij: Memoria tenax.
Tres ī terra postremi sunt: Prudētissim⁹ paterfamilias:
Probatissim⁹ præcæptor: Medic⁹ ꝑitissim⁹. Absq; his no
uē ducib⁹ nemo ad ipsū nouē musaꝝ tēplū ꝑuenire uel
potuit / uel poterit unq;. Cæteros q̄dem duces ab initio
nobis præcipue deus omnipotēs naturaq; tribuit: Tres
uero postremos nr̄a adhibet diligentia. Sed præcepta
officiaq; quæ ad patrēfamilias / & quæ ad præcæptorem
circa litterarū studia ꝑtinent / antiqui plures sapiētesq;
tractauerunt: præcipue Plato noster & sæpe alias: & in
libris de rep. ac de legibus diligentissime. Deinde Ari/
stoteles in Politicis: Plutarchus quoq; & Quintilianus
egregie. Solus autem litterarū studiosis hactenus deest

medicus aliquis:qui manũ euntibus porrigat/salutari/busq; consilijs atq; medicinis adiuuet eos/quos neq; cœlum neq; animus/neq; paterfamilias præceptor ue destituit. Ego igitur sortẽ eorũ laboriosissimam miseratus/qui difficile Mineruæ minuentis neruos iter agunt/primus tanq; medicus debilibus & ualitudinarijs adsum: sed utiuam facultate tam integra/q̃ propitia uoluntate. Surgite iam adolescẽtes deo duce alacres: Surgite iuuenes/atq; uiri: quos ardentius Mineruæ studiũ nimis eneruat: Accedite libenter ad medicum: qui uobis ad instituti uestri pfectionem monstrante deo atq; fauente consilia remediaq; salutaria largietur.

Q; diligens habenda cura sit cerebri: cordis: stomachi: spiritus: Caplm. ij.

P Rincipio quantam cursores crurium/athletæ brachiorum/musici uocis curam habere solent: tãtam saltem litterarũ studiosos cerebri/& cordis iecorisq; & stomachi oportet habere: Immo uero tanto maiorem/quanto & membra hæc præstantiora q̃ illa sunt: & ij frequẽtius atq; ad potiora his membris q̃ illi illis utuntur. Præterea sollers quilibet artifex instrumenta sua diligẽtissime curat. Penicillos pictor: Malleos incudesq; faber ærarius: Miles equos & arma: Venator canes & aues: Citharam citharœdus: & sua quisq; similiter. Soli uero musarũ sacerdotes/soli sũmi boni ueritatisq; uenatores tam negligentes/proh nefas tanq; infortunati sunt/ut instrumẽtum illud/quo mundũ uniuersum metiri quodãmodo & capere possunt/negligere penitus uideantur. Instrumẽtum eiusmodi/spiritus ipse est: qui apud medicos uapor quidam sanguinis purus/subtilis/calidus/& lucidus definitur. Atq; ab ipso cordis calore ex subtiliori sanguine pcreatus uolat ad cerebrum: ibiq; animus ipo ad sensus tam interiores q̃ exteriores exercendos assidue utitur. Quamobrẽ sanguis spiritui seruit: Spiritus sensibus: Sensus deniq; ra-

tioni: Sanguis autem a uirtute naturali / quæ in iecore stomachoq; uiget / efficitur. Tenuissima sanguinis pars fluit in cordis fontem: ubi uitalis uiget uirtus. Inde creati spiritus cerebri & (ut ita dixerim) Palladis arces ascẽdunt. In quibus animalis / id est sentiẽdi mouendiq; uis dominatur. Itaq; talis plurimũ ferme cõtemplatio est / quale sensus ipsius obsequiũ. Talis autem sensus / qualis et spiritus. Spiritus uero talis / qualis & sanguis / & tres illæ uires / quas diximꝰ: naturalis scilicet / uitalis / & animalis / a quibus / per quas / in quibus spiritus ipsi concipiuntur: nascuntur: atq; fouentur.

Q̃ litterati pituitæ & atræ bili obnoxij sint: Ca. iij.

n On solum uero membra illa uiresq; & spiritus / hoĩes litterarum cupidi curare diligentissime debent: uerũetiã pituitã semper & atrã bilẽ nõ aliter q̃ nauigantes scyllam atq; charybdim cautissime deuitare iubentur. Quantũ enim reliquo corpore ociosi sunt / tantum cerebro ac mente negociosi. Inde pituitam / quod græci phlegma: Hinc atrã bilem / quam ijdem melancholiam uocant gignere cõpelluntur. Illa quidẽ ingenium sæpe obtundit & suffocat: Hæc uero si nimiũ abundauerit / flagrauerit ue / assidua cura crebrisq; delyramentis uexat animũ / iudiciũq; perturbat: Vt non immerito dici possit / litteratos fore & præcipue sanos / nisi cum pituita molesta est: & lætissimos sapientissimosq; omnium / nisi bilis atræ uitio uel mærere sæpe / uel interdum desipere compellãtur.

Quot sint causæ / quibus litterati / melancholici sint uel fiant: Caplm. iiij.

u T aũt litterati sint melancholici / tres potissimũ causarum species faciũt. Prima cœlestis: Secunda naturalis: Tertia est humana. Cœlestis / quoniam Mercurius / qui ut doctrinas ĩuestigemus inuitat / & Saturnus / qui efficit ut in doctrinis inuestigandis ꝑseueremus / inuentasq; seruemus: frigidi quodammodo

ſiccique ab aſtronomis eſſe dicuntur: uel ſi forte Mercurius nõ ſit frigidus: fit tamen ſæpe Solis ꝓpinquitate ſicciſſimus: qualis eſt natura apud medicos melancholica: eandẽque naturã Mercurius ipſe Saturnuſque litterarum ſtudioſis eorũ ſectatoribus impertiunt ab initio/ ac ſeruant augentque quotidie. Naturalis autẽ cauſa eſſe uidetur: quod ad ſcientias præſertim difficiles cõſequendas neceſſe eſt animũ ab externis ad interna tanquam a circunferentia quadam ad centrũ ſeſe recipere: Atque dum ſpeculatur in ipſo (ut ita dixerim) hominis centro ſtabiliſſime permanere. Ad centrũ uero a circũferentia ſe colligere/ figique in centro/ maxime terræ ipſius eſt ꝓprium: cui quidem atra bilis ꝑſimilis eſt. Igitur atra bilis animũ ũt ſe & colligat in unũ/ & ſiſtat in uno/ contẽpleturque aſſidue prouocat. Atque ipſa mundi centro ſimilis/ ad centrum rerũ ſingularũ cogit inueſtigandũ: Euehitque ad altiſſima quæque cõprehendenda: quandoquidẽ cum Saturno maxime congruit altiſſimo planetarũ. Contẽplatio quoque ipſa uiciſſim aſſidua quadã collectiõe & quaſi cõpreſſione/ naturã atræ bili ꝑſimilẽ contrahit: Humana uero/ id eſt ex nobis cauſa eſt. Quoniã frequens agitatio mentis/ cerebrum uæhemẽter exiccat: Igitur humore magna ex parte conſumpto/ quod caloris naturalis pabulũ ẽ/ calor quoque plurimũ ſolet extingui: Vnde natura cerebri ſicca frigidaque euadit: Quæ quidem terreſtris & melancholica qualitas nominatᷣ. Præterea ob frequentiſſimũ inquiſitionis motum/ ſpiritus quoque moti continue reſoluuntᷣ. Reſolutos autẽ ſpiritus/ ex ſubtiliore ſãguine iſtaurari neceſſariũ eſt. Quapropter ſubtilioribus clarioribuſque ſanguinis partibus ſæpe cõſumptis/ reliquus ſanguis neceſſario denſus redditᷣ & ſicc⁹ & ater. Accedit ad hæc/ quod natura in contẽplatiõe cerebro prorſus cordique intẽta/ ſtomachũ eparque deſtituit. Quare alimẽtis præſertim uel uberiorib⁹ uel duriorib⁹ male cõcoctis/ ſanguis inde frigidus craſſuſque & niger

efficitur. Postremo nimio membrorũ ocio neq; superflua excernuntur: neq; crassi fuscíq; uapores exhalãt. Hæc omnia melancholicũ spiritũ mæstumq; / & pauidũ animũ efficere solent. Siquidẽ interiores tenebræ multo magis q̃ exteriores / mærore occupant animũ atq; terrent. Maxime uero litteratorũ omniũ hi atra bile premunt̃ / qui sedulo philosophiæ studio dediti / mentem a corpore rebusq; corporeis seuocant / incorporeisq; coniungũt: tum quia difficilius admodũ opus / maiori quoq; indiget mentis intentione: tum quia qua tenus mentem incorporeæ ueritati cõiungũt / ea tenus a corpore disiungere compelluntur. Hinc corpus eorum nõnunq̃ quasi semianimum redditur atq; melancholicum. Quod quidẽ Plato noster in Timæo significat / dicens animum diuina sæpissime & intentissime contemplantem / alimentis eiusmodi adeo adolescere potentemq; euadere / ut corpus suum supra q̃ natura corporis patiatur / exuperet: ipsumq; uæhementioribus agitationib⁹ suis aliquando uel effugiat quodammodo / uel nõnunq̃ quasi dissoluere uideatur.

Cur melancholici ingeniosi sint / & quales melancholici sint eiusmodi: quales contra: Cap. v.

h Actenus quã ob causam musarũ sacerdotes melancholici uel sint ab initio / uel studio fiant / rationibus primo cœlestib⁹: Secũdo naturalibus: Tertio humanis ostẽdisse sufficiat. Qd' quidẽ cõfirmat in libro problematũ Aristoteles: Omnes enim inquit uiros ĩ quauis facultate præstãtes melãcholicos extitisse. Qua in re Platonicum illud quod in libro de scientia scribitur confirmauit: Ingeniosos uidelicet plurimũ cõcitatos furiososq; esse solere. Democritus quoq; nullos inquit uiros ingenio magnos / præter illos qui furore quodam perciti sunt / esse unquam posse. Quod quidem Plato noster in Phedro probare uidetur / dicens / poeticas fores frustra absq; furore pulsari. Et-

si diuinum furorem hic forte intelligi uult/tamen neqꝫ furor eiusmodi apud physicos alijs unqꝫ ullis præter ꝙ melancholicis incitatur. Deinceps uero assignādæ a nobis rationes sunt/quare Democritus & Plato & Aristoteles asserant melancholicos nonnullos interdum adeo ingenio cunctos excellere/ut nō humani sed diuini potius uideantur. Asseuerāt id Democrit⁹ & Plato & Aristoteles absqꝫ dubio: Rationē uero tantæ rei haud satis explicare uidentur. Audendū tamē (monstrante deo) causas indagare. Melācholia/id ē atra bilis/est duplex. Altera quidē naturalis a medicis appellatur: Altera uero adustione contingit. Naturalis illa nihil est aliud ꝙ densior quædā sicciorqꝫ pars sanguinis. Adusta uero in species quattuor distribuitur. Aut em̄ naturalis melancholiæ: aut sanguinis purioris: aut bilis: aut salsæ pituitæ cōbustione concipitur. Quæcūqꝫ adustione nascitur/iudicio & sapientiæ nocet. Nempe dum humor ille accēditur atqꝫ ardet/cōcitatos furentesqꝫ facere solet. Quam græci maniam nuncupant: nos uero furorem. At quando iam extinguitur/subtilioribus clarioribusqꝫ partibus resolutis/solaqꝫ restāte fuligine tetra/stolidos reddit/& stupidos. Quem habitū melancholiam proprie & amētiam uecordiamqꝫ appellant. Sola igitur atra bilis illa quam diximus naturalem ad iudicium nobis sapientiamqꝫ conducit. Neqꝫ tamen semper. Sane si sola sit/atra nimium densaqꝫ mole/obfuscat spiritus/terret animum/obtundit ingenium. Si uero pituitæ simplici misceatur/cum frigidus obstiterit circū præcordia sanguis/crassa quadam frigiditate segniciem adducit atqꝫ torporem. Atqꝫ ut densissimæ cuiusqꝫ materiæ natura est/quando eiusmodi melancholia frigescit/ad summum frigiditatis intenditur. Quo in statu nihil speratur/timentur omnia: tædet cœli conuexa tueri. Si bilis atra uel simplex uel mixta putrescit/quartanam gignit febrem: lienis tumores: & multa generis eiusdem. Vbi

nimis exuberat siue sola sit/siue cõiuncta pituitæ spirit⁹ crassiores facit/atq; frigidiores. Continuo animũ afficit tædio: Mentis aciem hebetat: neq; salit arcadico circũ præcordia sanguis. Oportet autem atrã bilem neq; tam paucam esse/ut sanguis: bilis: spiritus quasi fræno care- ant: Vnde instabile ingenium labilemq; memoriã esse contingat: Neq; tam multam/ut nimio põdere prægra- uati dormitare/atq; egere calcaribus uideamur. Proin- de necessarium est omino eam esse quoad eius natura patitur subtilissimã. Si enim tenuata ꝓ natura sua max- ime fuerit/poterit forsitan absq; noxa etiam esse multa: Atq; etiam tanta/ut æquare bilem saltem põdere uide- atur. Abundet igitur atra bilis/sed tenuissima: Non ca- reat humore subtilioris pituitæ circumfuso: ne arescat prorsus/durissimaq; euadat. Non tamen misceatur om- nino pituitæ/præsertim uel frigidiori uel multæ: ne frigescat. Sed bili sanguiniq; adeo misceatur: ut corpus unum conficiatur ex tribus: dupla sanguinis ad reliqua duo proportiõe compositũ. Vbi octo sanguinis partes: duæ bilis: duæ iterum atræ bilis portiones existant. Ac- cendatur aliquantũ a duobus illis atra bilis/accẽsaq; ful- geat: non uratur: Ne quemadmodum solet materia du- rior/dum feruet nimium/uæhementius urat/& cõcitet. Dum uero refrigescit/similiter frigescat ad summũ. Bi- lis enim atra/ferri instar quando multum ad frigus intẽ- ditur/friget ad summũ: quando contra ad calidum ual- de declinat/calet ad summũ. Neq; mirum uideri debet/ atram bilem accendi posse facile/atq; accensam uæhe- mentius urere. Siquidem uidemus calcem illi similem aqua perfusam feruere statim/atq; exurere. Tãtam ad utrũq; extremũ melancholia uim habet unitate quadã stabilis fixæq; naturæ. Quæ quidem extremitas cæteris humoribus non contingit. Summe quidem calẽs/sum- mam præstat audaciam/imo ferocitatem/Extreme ue- ro frigens/timorem ignauiamq; extremam. Medijs ue

ro inter frigus caloreq́ gradibus affecta uarie / affectus pducit uarios / non aliter q́ merum præcipue potens bibentibus ad ebrietatē uel etiam paulo liberius affectus inferre uarios soleat. Igitur oportune temperata sit atra bilis / oportet. Quæ cum ita moderata est / ut diximus / & bili sanguiniq́ pmixta / quia & natura sicca est / & conditione q̄tum ipsius natura patitur / tenuissima / facile ab illis accēditur. Quia solida est atq́ tenacissima / accēsa semel diutissime flagrat. Quia tenacissimę siccitatis unitate potentissima est / uæhemētius incalescit. Quemadmodū lignū paleis si utraq́ accendantur / magis diutius q́ calet & lucet. Atqui a diuturno uæhementiq́ calore fulgor ingēs motusq́ uæhemēs & diuturnus pficiscūt. Huc tendit illud Heracliti: Lux sicca / aīa sapiētissima.

## Quo pacto atra bilis conducat ingenio. Ca. vj.

q Været forte quispiam: quale sit corpus illud humoris eiusmodi / ex tribus illis humorib⁹ ea qua diximus pportione conflatū. Tale ē ferme colore / quale aurū esse uidemus: sed aliquantū uergit ad purpuram. Et quādo tam naturali calore q́ uel corporis uel animi motu accēditur / ferme non aliter / q́ ignitum rubesq́ aurū purpureo mixtum calet / & lucet: Atq́ uelut iris trahit uarios flagrāte corde colores. Quæret aliquis iterum / quonam pacto humor eiusmodi conducat ingenio? Nempe spiritus ex hoc humore creati / primo quidem subtiles sunt / non aliter q́ aqua illa quā & uitæ: seu uitis aquā nominät / & ardentē: quotiens ex crassiori mero / quadam ad ignē distillatione ut fieri solet / exprimitur. Spiritus em̄ sub angustioribus atræ bilis eiusmodi compressi meatibus / uæhementiore ob unitatem calore maxime tenuātur: perq́ artiores meatus expssi subtiliores erumpunt. Deinde calidiores similiter / atq́ eadem ratione lucidiores. Tertio / motu agiles / actiōe uæhementissimi. Quarto / solido stabiliq́ humore iugiter emanātes / actioni diutissime seruiunt. Tali aūt ani-

mus noster obsequio fractus indagat/uæhementer: Per/seuerat inuestigando diutius. Facile quecũq; inuestiga/uerit inuenit: clare ꝑspicit: sincere dijudicat: ac diu reti/net iudicata. Adde ꝙ queadmodũ in sũperioribus signifi/cauimus/animus instrumẽto siue incitamẽto eiusmodi quod centro mũdi quodãmodo cõgruit/atq; (ut ita dix/erim) in suũ centrũ animũ colligit/ semꝑ rerũ omniũ & centra petit/& penetralia penetrat. Congruit insuꝑ cũ Mercurio atq; Saturno. Quorũ alter altissimus omniũ planetarũ/inuestigantẽ euehit ad altissima. Hinc philo/sophi singulares euadũt: Præsertim cũ animus sic ab ex/ternis motibus atq; corpore ꝓprio seuocat⁹/& ꝙ proxi/mus diuinis/& diuinorũ instrumentũ efficiatur. Vnde diuinis influxibus oraculisq; ex alto replet⁹/noua quæ/dam inusitataq; semꝑ excogitat/& futura prædicit. Qđ non solũ Democritus atq; Plato affirmant/sed etiã Ari/stoteles in problematũ libro/& Auicenna in libro diui/norũ/& in libro de anima cõfitentur. Quorsum hæc de atræ bilis humore tam multa? Vt meminerimus/quan/tum atra bilis/imo candida bilis eiusmodi quærenda & nutrienda est tanq; optima/tantũ illã quæ contra se ha/bet (ut diximus) tanq; pessimã esse uitãdã. Adeo enim dira res est/ut a malo dæmone eius ĩpetus instigari Se/rapio dixerit/& Auicenna sapiens nõ negauerit.

Q; quinq; sint præcipui studiosorũ hostes: Pituita: Atra bilis: Coitus: Satietas: Matutin⁹ somnus: Ca. vij.

u T aũt redeam⁹ illuc/unde iã lõgi⁹ digressi sũm⁹/ lõgissima uia ẽ: quæ ad ueritatẽ sapiẽtiãq; ꝑdu/cit: grauib⁹ terræq; marisq; plena laborib⁹. Qui/cũq; igiť hoc iter aggrediunť/ut poeta quispiã diceret/ sæpe terra mariq; ꝑiclitanť. Siue eñ mare nauigent cõ/tinue inter fluctus/id est humores duos/pituitã scilicet/ & noxiam illã melãcholiam/quasi inter scyllam charyb/dimq; iactantur. Siue terra (ut ita dixerim) iter agant/ tria mõstra protinus sese illis obijciunt. Primum/terre/

na Venus/Priapusq; nutrit. Secundum/Bacchus & Ceres. Tertium/nocturna Hecate frequenter opponit. Ergo & Apollo ab æthere/& Neptunus ab æquore/& a terra Hercules sæpe uocandus: ut mōstra eiusmodi Palladis inimica/iaculis Apollo trāsfigat: Neptunus tridēte domet: claua Hercules contundat/& laceret. Primū quidem mōstrum est uenereus coitus: præsertim si uel paulum uires excesserit. Subito nāq; exhaurit spiritus/præsertim subtiliores: cerebrumq; debilitat: labefactat stomachum atq; præcordia. Quo malo nihil ingenio aduersius esse potest. Cur nam Hippocrates coitum comitiali morbo similem iudicauit? nisi quia mētem/quæ sacra est percutit: tantūq; obest: ut Auicēna in libro de animalibus dixerit: Siquid spermatis supra q̄ natura toleret/coitu pfluat/obesse magis/q̄ si quadragies tantūdem sanguinis emanarit: ut non iniuria prisci musas atq; Mineruam uirgines esse uoluerint. Huc platonicum illud spectat: Cum Venus musis minitaretur/nisi sacra uenerea colerent/se contra illas suum filium armaturā. Responderunt musæ: Marti o Venus Marti talia minitare. Tuus enim inter nos cupido non uolat. Deniq; natura nullum sensum longius q̄ tactum ab intelligentia segregauit. Secundū monstrum/est uini cibiq; satietas. Quippe si uinum uel nimium uel nimis calidum uæhemensq; fuerit/caput ipsum humoribus pessimisq; fumis implebit: Mitto q insanos facit ebrietas. Cibus uero nimius/primum quidem ad stomachum in ipso coquendo omnem naturæ uim reuocat. Quo fit/ut capiti simul speculationiq; intendere nequeat. Deinde inepte coctus/multis & crassis uaporibus humoribusq; aciē mentis obtundit. Quinetiam si satis coquatur: tamen ut Galienus ait/animus adipe & sanguine suffocatus/cœleste aliquid peruidere non potest. Tertium deniq; monstrum est/ad multā noctē/præsertim post cœnā frequētius uigilare: unde etiā post ortū solis dormire cogaris:

Quoniã uero in hoc errãt/ fallũturq́ studiosi permulti:
iccirco quantũ ingenio noceat/latius explicabo:atq́ ra/
tiones septẽ præcipuas afferam:Primã ab ipso cœlo:Se
cũdam ab elementis:Tertiã ab humoribus:Quartã ab
ordine rerum:Quintã a natura stomachi:Sextam a spi/
ritibus:Septimã a phantasia deductam. Principio tres
planetæ/ quemadmodũ in superioribus dicebamus /cõ
templationi & eloquentiæ maxime fauent:Sol/Venus/
atq́ Mercurius.Hi uero paribus ferme passibus cõcur/
rentes/aduentante nocte nos fugiunt:Die uero uel pro
pinquante/uel iam surgente resurgunt/ nosq́ reuisunt.
Post uero solis ortũ in plagam cœli duodecimã:quę car
ceri tenebrisq́ ab astronomis assignať: repente trudun
tur. Ergo nõ qui uel nocte quando nos fugiunt/uel die
post solis ortum/quando carceris tenebrarũq́ domũ in/
trant: sed qui uel ꝓpemodum petentibus ortũ/uel iam
surgentibus ad contemplandũ scribendumq́/ipsi quo/
q́ consurgunt/ij soli acutissime speculantur/& eloquen/
tissime inuenta sua scribunt/atq́ componunt. Ratio se/
cunda scilicet ab elementis est talis.Oriente sole moue
tur aer/tenuaturq́/& claret:occidente uero contra.Sã/
guis autem & spiritus/motum qualitatẽq́ aeris circũfu/
si naturaq́ similis sequi necessario compellunť. Tertia
ratio/quę ab humoribus ducitur/est eiusmodi. In auro/
ra mouetur sanguis/& regnat/motuq́ tenuatur/& cale/
scit/& claret: Spiritus uero sanguinẽ sequi imitariq́ so/
lent. Verum accedente nocte melancholia illa crassior
& frigidior/atq́ pituita dominãtur:quæ spiritus ad spe/
culandum ineptissimos ꝓculdubio reddunt.Quarta ra
tio/quæ trahitur ab ordine rerũ/ hęc erit. Dies uigiliæ:
nox somno tributa est:Quoniã cũ sol uel ad hemisperi/
um nostrum accedit/uel super ipsum incedit/radijs suis
meatus corporis aperit/ atq́ a centro ad circunferentiã
humores spiritusq́ dilatat: Quod quidẽ ad uigiliã acti/
onesq́ excitat atq́ conducit:Contra uero/quando rece

dit/omnia coartantur: Quod naturali quodam ordine inuitat ad somnum: maxime post tertiam aut quartam noctis partem. Quisquis igitur mane quidem dormitat/quando sol mundumque excitat: ad multam uero noctem uigilat/quando natura dormire iam & a laboribus quiescere iubet/hic absque dubio cum ordini uniuersi/tum sibiipsi repugnat: dum contrariis simul motibus perturbatur atque distrahitur. Sane dum ab uniuerso mouetur ad extima/ipse sese mouet ad intima. Atque contra: dum ab uniuerso ad intima trahitur/ipse se interim retrahit ad externa. Ergo peruerso ordine motibusque contrariis/tum corpus totum/tum spiritus ingeniumque prorsus labefactatur. Quinto loco a natura stomachi in hunc modum argumentamur. Stomachus diuturna diurni aeris actione/apertis poris admodum dilatatur: euolantibusque spiritibus tandem ualde debilitatur. Igitur subeunte nocte/nouam spirituum copiam exigit qua foueatur. Quapropter quicunque eo tempore contemplationes longas & difficiles inchoat/ipsos ad caput spiritus retrahere nititur. Hi uero distracti/neque stomacho satis/neque capiti faciunt. Maxime uero nocet/si post cœnam lucubrantes/diu eiusmodi studiis attentius incumbamus. Pluribus enim tunc ad concoquendum cibum spiritibus/multoque calore stomachus indiget. Hæc uero duo/lucubratione studioque tali diuertuntur ad caput. Quo fit/ut neque cerebro/neque stomacho suppetant. Adde quod caput ob eiusmodi motum/crassioribus cibi repletur uaporibus: Atque cibus in stomacho a calore & spiritu destitutus/crudescit/& putret. Vnde rursus caput opplet/& lædit. Denique matutinis horis/quando surgendum est/ut excrementis omnibus somno retentis singula membra purgentur/tunc id quod pessimum est/qui nocte lucubrando concoctionem penitus interruperat: idem dormiendo mane/excrementorum expulsionem diutius impedire compellitur. Quod quidem tam ingenio quam corpori/medici omnes obesse quamplurimum

arbitrantur. Merito ergo qui nocte contra naturam ꝑ
die / atq; conuerso: die rursus pro nocte utuntur tanq̃
noctuæ / ij etiam in hoc uel inuiti noctuas imitantur: ut
queadmodũ illis sub solis lumie caligãt ocli: ita & ijs mẽ
tis acies sub ueritatis splẽdore caliget. Sexto loco a spi
ritibus idem ita probatur. Spiritus fatigatione diurna:
præsertim subtilissimi qq; deniq; resoluũtur: Nocte igit̃
pauci crassiq; supersunt / litterarũ studijs ineptissimi: ut
nõ aliter mancis horum fretum alis ingeniũ uolare pos
sit: q̃ uespertiliones atq; bubones. Cõtra uero post som
num mane spiritibus recreatis / membrisq; adeo corro/
boratis / ut minimo spirituũ amminiculo egeant / multi
subtilesq; spiritus adsunt: qui cerebro seruiant: atq; ex/
peditius obsequi possunt in membris fouendis regen/
disq; parum admodum occupati. Postremo septima ra
tio / sic a phãtasiæ natura deducitur. Phantasia siue ima/
ginatio siue cogitatio / seu quouis alio nomine nuncupã
da uidetur / multis / longis / contrarijs inuigilando imagi/
nibus / cogitationibus / curisq; distrahitur atq; turbatur.
Quæ quidẽ distractio perturbatioq; sequenti contem/
plationi / tranquillam serenãq; mentem penitus postulã
ti / nimiũ contraria est. Sola uero nocturna quiete agita
tio illa sędatur tandẽ atq; pacatur. Igitur accedente qui/
dem nocte / semp turbata mente: recedente uero / utplu/
rimũ mente tranquilla ad studia nos cõferimus. Quicũ/
q; uero mente nimiũ agitata res ipsas iudicare conãtur /
ij nõ aliter q̃ illi qui uertiginem patiunt̃ / oĩa uerti pu/
tãt (ut Plato inqt) cũ ipsi uertant̃. Quãobrem scite Ari
stoteles in œconomicis iubet añ lucẽ surgere: asseritq;
id & ad corpis sanitatẽ / & ad philosophiæ studia ꝓdes/
se q̃plurimũ. Sed hoc ita accipiendũ est / ut cita & modi
ca cœna matutinã cruditatẽ diligentissime deuitemus.
Deniq; sacer ille uates Dauid oĩpotentis tuba dei / nũ/
q̃ dicit uespere / sed mane semp atq; diluculo in deũ suũ
canendũ se cithara psalmisq; surgere. Surgere quidem

mente/ea hora omino debemus: Mox etiã corpore: si modo id cõmode fieri possit.

Quæ sit hora inchoandis studijs oportunior: quis ue continuandi modus: Ca.viij.

e X ijs quæ in superioribus disputata sunt: ferme iam satis cõstat/oportune nostra nos studia exordiri: uel statim oriente sole: uel hora una saltẽ uel duabus ad summũ ante solis exortũ. Sed anteꝗ̃ e lecto surgas/perfrica parumper suauiterꝗ palmis corpus totũ primo: Deinde caput unguibus/sed id paulo leuiꝰ. Hac in re te Hippocrates ammoneat. Nam frictione iquit si uehemens sit/durari corpꝰ: Si leuis/molliri: si multa/minui: si modica/impleri. Cũ e lecto surrexeris/noli subitæ lectioni meditationiꝗ prorsus incumbere: Sed saltem horæ dimidiũ cuilibet expurgationi concedito: Mox meditationi accingere dilig̃eter: quã ad horã circiter unã pro uiribus ꝓrogabis. Deinde remittes parũper m̃etis intention̄e: atꝗ interim eburneo pectine dilig̃eter & moderate pectes caput/a fr̃ote ceruic̃e uersus quadragies pectine ducto. Tũ ceruic̃e panno asperiori perfrica. Demũ reuersus ad meditandũ/duas insuꝑ horas/aut saltẽ horam unã studio dedicato. Produci uero nõnunꝗ̃ studia possunt/sed aliquanta interdũ intermissione facta/ad horã usꝗ meridianã. Quinetiam interdũ ꝗ̃uis raro nisi cibũ interim cogamur assumere post meridiem circiter horas duas. Sol eñ circa ortũ pot̃es est: pot̃es & in medio cœlo: in plaga quoꝗ illa cœli/quæ mediũ proxime sequit̃: quã nonã astronomi uocãt/ & sapientię domũ/sol maxime gaudet. Quoniam uero poetæ om̃es phœbũ musaꝝ scientiarũꝗ duc̃e esse uolunt/merito siquid altius excogitandũ est/his horis potissimum cogitetur: si musæ quær̃edæ/horis eisdem phœbo duce quærantur. Reliquæ eñ horæ ueteribus alienisꝗ legendis potius ꝗ̃ nouis proprijsꝗ excogitandis accõmodatæ uidentur. Semper autem meminisse debemus/quali/

bet hora semel saltem paulisper remittendã esse mentis intentionem. Cum em̃ ob intentionẽ eiusmodi spiritus resoluantur / merito si nunq̃ cesses tendere / lentus eris. Dum laboras animo / interim corpore conquiesce. Mala est defatigatio corporis: peior animi: utriusq̃ simul pessima: oppositis hominẽ motibus simul distrahens / uitãq̃ disperdens. Deniq̃ haud ulterius meditatio procedat q̃ uoluptas: Potius uero citra.

Quomodo sit uitanda pituita: Ca. ix.

o Pereprecinm fore uidetur / quæ noxia litteratis esse diximus repetere breuiter: atq̃ remedia singulis adhibere. Ergo ne pituita nimis augeatur / exercitatione quotidie stomacho ferme uacuo bis utendum: nunq̃ tamen laboriosa: ne acuti spiritus dissoluantur: excrementa diligentissime ab omnibus meatibus expurganda. Sordes a corporis totius cute / capitis præcipue tum lotione / tum frictione penitus abstergendæ. Vitanda alimenta frigida nimiũ: atq̃ nisi obstiterit atra bilis / etiam humida / & om̃ino quæ pinguia / uirulenta / uiscosa / uncta / glutinosaq̃ sint: uel quæ facile putrescere soleant. Si stomachus uel natura uel ætate sit frigidus: aut dimittẽdus om̃ino / aut certe minuẽdus aquę potus. Moderatus cibus sit oportet: sed potio moderatior. Habitatio alta a graui nubiloq̃ aere remotissima: Tum ignis / tum calidi odoris usu humiditas expellenda. Prohibendũ frigus a capite: maxime uero ceruice atq̃ pedibus: Multum em̃ obest ingenio. Prodest moderatus usus aromatũ in frigidioribus epulis: nucis muscatæ præsertim & cinamomi & croci: Zinziberis quoq̃ conditi manẽ stomacho uacuo: quod sensibus etiam & memoriæ maxime ꝓdest.

Qua ratione uitanda sit atra bilis: Ca. x.

p Essimã uero illam quã in supioribus detestabamur atrã bilem / hæc augent: Crassum / turbidũq̃ uinũ / præcipue nigrum; Cibi duri / sicci / salsi /

acres/acuti/ueteres/usti/assi/fricti/carnes bouis & leporis: caseus uetus: salsamenta: legumina: praecipue faba: lenticula: melongia: eruca: brassica: sinapis: radicula: allium: cępa: porrum: mora: cariotae: & quaecunq; calefaciunt uel frigefaciunt simul atq; desiccant/& omia nigra. Ira: timor: misericordia: dolor: ocium: solitudo: & quaecūq; uisum & olfactū auditūq; offendunt: omniū uero: maxime tenebrae. Praeterea exiccatio corporis nimia/siue longis nata uigilijs/siue multa mentis agitatiōe/uel cura/seu frequenti coitu: usuq; rerum calidarū multum atq; siccarum: seu immoderata quadam deiectione atq; purgatione/uel exercitatione laboriosa/uel inedia/siti/calore/uel sicciore uento/uel frigore. Cū uero bilis atra semp siccissima sit/frigida quoq;/licet nō aeque/huic certe resistendū ē/reb⁹ qdē modice calidis: hūidis u͛o q̄ maxime. Cibis elixis assidue: qui coquantur facile: & subtilem gignant sanguinē atq; clarissimū. Sed interim ut stomachi & pitnitae ratio habeatur: perinde atq; bilis atrae/epulae cinnamomo & croco & sandalis condiātur. Conferunt semina peponis: atq; cucumeris/& pinei nuclei abluti. Conueniūt lacticinia oīa: lac: caseus recēs: amygdalae dulces. Cōueniunt carnes auiū: & pullorum gallinaceorum: quadrupedū ue lactentium: oua sorbilia maxime: & ex membris animalium cerebellum: dulcia mala: pyra: persica: pepones: pruna damascena: atq; similia: Cucurbita rite cocta: herbae humidae/non uiscosę: Cerasia uero ficus: uuas minime laudo. Nauseam uero & satietatē ualde detestor. Nihil autem aduersus hāc pestem ualentius est q̄ uinū leue/clarū/suaue/odorum/ad spiritus prae caeteris pspicuos generandos aptissimū. Nam ut Platoni & Aristoteli placet/hic humor/hoc uino nō aliter mollit̄ atq; dulcescit & claret/q̄ uel lupini aqua pfusi/uel ferrū flammis accensum. Verū quātū eius usus spiritibus & ingenio pdest/tantū nocet abusus. Praeterea infundere aurum ul' argentum maxime

ignitum/eorũq; folia in poculis uel in ipso iure prodes/se/cõsentaneum est: atq; aureo uel argenteo uasculo bi/bere/ciboscq; sumere. Item perutile est/si sępe stomacho uacuo liquiritiæ succus deglutiatur: Succus quoq; puni ci pomi dulcis: atq; dulcis arancei. Conducunt non me/diocriter suaues odores/tẽperati maxime: at si regnat frigus/ad calidum declinantes: sin dominetur calor/uer gentes ad frigidum. Temperandi sunt igitur ex rosis: uiolis: myrto: camphora: sandalis: aqua rosacea: quæ fri/gida sũt. Rursus ex cinnamomo: citro: arãceo: chariophi/lis: mẽtha: melissa: croco: ligno aloe: ambra: musco: quę calida. Verni flores prosunt imprimis & folia citri/siue arancei/odoraq; poma: sed maxime uinũ. Odores eius/modi prout cuiq; conuenit: & naribus hauriendi sunt/ & pectori atq; stomacho admouendi. Odores uero ca lidos multum siccosq; si soli fuerint & continui/nõ pro/bamus. Tenendus ore hiacynthus qui aĩm uæhemẽter exhilarat. Hierobotanũ quoq;: id est sclarea siluestris tũ cibo tũ odore confert. Buglossa rursus: borago: melis/sa: horũq; trium aqua. Rursus lactuca: endiuia: uua pas/sula: lac amygdalinum/mensæ familiarissima esse debẽt. Fugiẽdus aer/aut feruens/aut glacialis nimium/aut nu/bilus: Sed aer temperatus serenusq; liberrime admittẽ/dus. Mercurius/Pythagoras/Plato/iubent dissonantẽ aĩm uel mærentem cithara cantuq; tã constãti q̃ concin/no componere simul atq; erigere. Dauid autem poeta sacer psalterio psalmisq; Saulem ab insania liberabat. Ego etiã (si modo infima licet componere sũmis) quan/tum aduersus atræ bilis amaritudinem dulcedo lyræ cã/tusq; ualeat/domi frequenter experior. Laudamus fre quentem aspectum aquæ nitidæ: uiridis: rubei ue colo/ris: hortorum: nemorũq; usum: deambulationem secus flumina/perq; amœna prata suauẽ: equitationem quo/q;/gestationem/nauigationemq; lenem ualde proba/mus. Sed uarietatem imprimis/facilesq; occupationes/

diuersaq; negocia non molesta: assiduam hominũ gratiosorũ consuetudinẽ.

De curatione stomachi: Ca.xj.

f Equitur ut curam stomachi diligentissimam habeam⁹: ne nauseam cruditatẽ ue adducat unq; satietas/caputq; offendat. Bis cib⁹ quotidie sumẽdus est/ & modicus atq; leuis/cinnamo mo/mace/nuce muscata moderate conditus. Semper tamẽ siccus cibus pondere alimenta mollia potũq; exupet: nisi forte atræ bilis siccitatem admodũ uereamur. Famem (si commode fieri põt) cibus/sitim potus expectet. Auiditas utriusq; supersit mensæ. Fastidiũ & saturitas procul absint. Abstinendũ ab ijs quæ ob nimiam humiditatẽ uel uirulentã & unctam uiscosamq; materiã stomachũ relaxãdo debilitant: uel etiam frigida aut calidissima sunt: aut ꝓpter duriciam ægre coquũtur. Et quæ talia sũt/ ut diu post mensam palato saporem reddant molestiorẽ: siue inflent: siue caput multis uaporibus impleant: Ab omnibus imprimis quæ facile uel extra aluum/ uel in aluo putrescant. Dulces sapores/aut acres si soli sint/nullo pacto probamus: Sed dulces/acri quodam uel acuto uel sicco uolumus temperari. Mastix & mentha sicca: saluia recẽs: uuæ passulæ: cydonia poma cocta/cõdita saccharo: cicorea: rosa: corallus: Lotus capparis & aceto cõditus/ stomacho amicissima sunt. Mala præterea punica sapore inter acidum dulcẽq; medio: & omino quæcunq; moderate acida sunt & aliquantulũ austera: quæ medici stiptica uocant: siue quæ aliquantũ acuta sunt uel salsa/uel aromatica: Myrobalani autẽ omĩa superant. Vinũ quoq; rubeũ potius q̃ album/sapore quasi paululũ subamaro: ac nisi caliditas ul' destillatio aliter postulauerit/optimũ erit merum bibitũ paulatim. Omnino aũt liquidiores epulæ prius sumendæ q̃ duriores. Sumpto uero cibo conuenit coriandrũ/pomũq; cydoniũ conditũ sacharo: malapunica/ & pyra austera/ nespilę quoq; & persi.

ca sicca/atq; similia. Mandere uero oportet/anteq; deglutiantur singula exactissime. Fouendus stomachus/si oportet extrinsecus/mastice/rosa/mentha/corallo. Cauendum ne post cibum/duabus aut tribus proximis horis uel cogitationi difficili: uel lectioni sedulo incumbamus. Necessariæ forsan erunt horæ uacationis quattuor: si cibus potus ue uberior fuerit: aut cibus durior. Malum est cibo/potu ue uentrem extendere: Pessimũ/stomacho sic extento difficilia cogitare. Aut igitur nutrimentum sume leuissimũ/aut sumpto/uaca/donec quasi concoxeris. Neq; dormiendum post cibum meridie/nisi maxima cogat necessitas: Atq; id quidem nõ prius q̃ horas duas uigilauerimus. Nocte tamen sumpta cœna/hora ut uidetur una uigiliæ sufficit. Coit⁹ stomacho pestilens: præsertim si uel saturo statim/uel esuriente concumbas. Ocio mæret stomachus: exercitatiõe gaudet: nisi dum cibo sit plenus. Sumpto cibo statim modice deambulandum: mox uero sedendũ.

De ijs quæ fouent membra præcipua uires spiritus: Ca. xij.

[S]Ed iam præstare uidetur/ut nonnulla ex medicorum officina in mediũ producamus: quæ stomachi/cordis/cerebri/spirituum ingenij/uires uel seruent integras/uel restituant: ac si uel pituita uel atra bilis excrescat: uel immineat nausea/longe propellant. Omnes sine controuersia medici consenserunt: nihil esse salutarius tiriaca: fouendis confirmandisq; tum singulis membris & uiribus/tũ spiritibus atq; ingenio. Hui⁹ igitur in primis utemur drachma dimidia/aut saltem drachmæ tertia parte bis qualibet hebdomada hyeme & autumno: sed æstate/atq; uere semel/uel sola/uel si placet frigidis humidisq; temporibus cũ pauculo mero claro/suaui: temporibus uero calidis/siccisq;/præsertim si natura uel ætas sit calidior: cum aquæ rosaceæ duabus uncijs aut tribus: stomacho scilicet uacuo/sex aut

septem horis ante cibum. Si tiriaca desit/dabimus mitridatum: Sed ubi tiriacam mitridatum ue sumimus/eo die ab omni re calida penitus abstinendum: ac si æstas aut uer fuerit/frigidis est utendum. Secundo uero loco eadem in causa probatur ab omibus aloe/rite electa atq; lota. Sume myrobalanorũ chebularum drachmas duas: rosarũ purpurearum/sandali rubei/emblicorum/cinnamomi/croci/corticis pomi citri/beem/melissæ/id est citrariæ/singulorũ drachmam unam: aloes electæ riteq; ablutæ drachmas duodecim. Ex ijs confice pilulas optimo mero; Quibus hebdomada qualibet semel utaris diluculo: eo scilicet pondere: quod naturæ tuæ conueniat: Aestate quidem cum aqua rosacea: alias uero cum uino. Quibus autẽ diebus neq; tiriacam neq; pilulas assumes/utere confectione eiusmodi mane atq; uespere duabus/aut tribus ante cibum horis. Sume cinnami electissimi drachmas quattuor: chebularum myrobalanorum duas: & totidem emblicarũ/croci/rosarum purpurearum drachmã dimidiam: sandalorum rubroꝝ drachmas duas: corallorũq; similiũ drahmam unam: Sacchari albissimi quantum satis est. Funde saccharum aqua rosacea atq; succo citri uel limonũ/æqualibus uidelicet portionibus: Coque suauiter. Deinde adde musci tertiam drachmæ partem/atq; ambræ tantundem. Demũ confice bolos solidos/quos morsulos uulgo nominant: auroq; inuolue. Tria hæc ipsi eo usu quo præscripsimus experti sumus/tiriacam & aloem ita (ut diximus) temperatam/confectionẽq; illam singulis conferre membris/& uiribus & spiritibus: acuere sensus/atq; ingeniũ: memoriam confirmare: Pituitam quoq; & bilem/atq; atrã bilem illis pilulis facile uel educi/uel emendari. Præterea ætati cuilibet & naturæ/tria quæ diximus familiarissima iudicantur.

De Medicinis contra pituitam: Ca. xiij.

SI aduersus exundantem pituitam acrius pugnãdum fuerit/pilulas aurora ex hierapicra Galieni: uel quas Mesues elefanginas nominat/dabimus.s. quot & quotiens oportuerit/ uel etiam in robustiore natura pilulas ex hiera/atq; trociscis agarici pari portione compositas: semper uero cum melle rosaceo liquido atq; oximelle: aquaq; maratri: id ẽ feniculi. Qui certe syrupus in pituita digerenda etiã ante pilulas atq; post eas maxime prodest. Si una cũ pituita cæteri quoq; humores turbent/pilulis ex reubarbaro Mesues/ uel pilulis quæ sine quibus a posterioribus nũcupant/opportune purgabimus. Omnẽ uero uæhementem repentinãq; deiectionem purgationemq; penitus detestamur. Nam stomachũ corq; debilitat: spiritus multos exhaurit: confundit humores: spiritus fumis humorum fuscis obtenebrat.

De destillatione: Ca.xiiij.

VBi caput ꝓpter pituitam destillatiõibus fluctuat: quandoq; hora somni aliquot ex pilulis quas modo descripsimus/dabimus. Iubebimus prætera ea hora & alijs tus sæpe mandere. Nam mirifice destillationibus & sensibus oĩbus memoriæq; succurrit. Rursus muscata nux & tiriaca ore retenta/ꝓbatur: Maiorana quoq; quã amaracũ nominant/ uel eius aqua admota naribus ul' infusa. Post cibũ uero alimentorum fumos coriandro cydoneisq; coercebimus.

De dolore capitis: Ca.xv.

SI caput sæpe doleat humore grauatum frigido/ præter illa quæ narrauimus/confectionem illam quam diambram nominant uel diacori uel plisarchoticon tenere ore iubebimus: Quinetiam mastijcem sæpe mandere. Præterea linire frontem/ tempora/ ceruicem/maioranæ/ feniculi/rutæ folijs una cum oleo rosaceo tunsis: Similiter aloe/aceto/oleo/aquaq; rosaceis perfecte diluta.

De cura uisus: Ca.xvj.

u Bi oculi caligant / neq; rubent / tamen neq; aliud præbēt ullū caloris indiciū / tūc sane collyiriū ex aq̄ feniculi / maioranæ / chelidoniæ / rutę / adhibito croco & antimonio / cōfert. Sed aqua eiusmodi prius dē siori panno est exprimēda. Nihil tamē admoueas ocu/lis / nisi antea pilulis lucis sæpe purgaueris. At si caligan/tes oculi rubeant: subito pilulis ex fumo terræ composi tis purga. Mox collyriū ex aqua rosacea & sacharo pro/dest. Nonnunq; uero albumine oui / tutia / lacte adie/ctis q̄primum opitulatur. Omīno autem quotidianus usus maratri uisum seruat & acuit. Semē quidē ei⁹ fre/quenter ore tenere oportet / folia uero comedere. Tri/phera mior a Mesue descripta / optima ē. Optimū quo/tidie uacuo stomacho myrobalanū / chebulā condità su mere: atq; cū ea nō nihil panis ex sacharo / maratroq; in puluerē ducto compositi. Quod insup ingenio mirum in modū / ac ꝑducēdæ uitæ prodest. Eufragiæ quinetiā usus oculis est singulare præsidiū. In omni uel dolore ca pitis uel caligine oculorū / diuertendi sūt retro uapores / frictiōibus cucurbitulisq;: Ac si calor in causa sit / sanguisq; abūdet / hirudines ceruici & humeris adhibebimus.

De gustu instaurando: Ca.xvij.

s Tomachus sæpe litterarū studiosis gustum fere omnē amittit: si id pituitæ uitio incidit / qd' aci/dus oris sapor / uel saliua multa & glutinosior in/dicat / postq̄ aluū subduxeris medicinis quas supra nar/rauim⁹ / aromatico rosaceo utere. s. sacharo rosaceo mix to / melle quoq; rosaceo cū cinnamo. Solo etiam uel çin/çibere cōdito: uel mēthę syrupo: Sed imprimis tiriaca. Sin autē bilis copia forte cōtingit / quod quidē os amaꝝ ostendere solet / similiter post purgationē ex aloe sicut diximus præparata / uel reubarbaro / assume uel triasan/dalū uel oxiçacharā & sacharo aceto albo & uino acrio/ris punici mali cōpositā: Vel persica / pyra ue / siue condi

ta/siue syrupo cõfecta: sicut Mesues docet: uel nostram eiusmodi cõfectionẽ gustui saluberrimã. Sume sachari rosacei uncias quattuor: diamare nati uncias duas: diacitoniten tantundem .s. uncias duas: mirobalanorum chebularum semunciam: emblicarum tantundem: Sandali rubei/coralli rubri/utrorũq; æque drachmã dimidiam. Funde insup iuleb ex succo citri uel limonis tres uncias aut duas. Qđ si stomachus debilis est & frigidꝰ/adijce duas cinnami drachmas: His ante cibum duabus horis utendum. Nauseã semp ab utroq; natã humore/tollit diacitonitẽ: & usus capparis cũ aceto. Itẽ potꝰ modicꝰ ieiuno stomacho albi aceti rosacei/si duplo sachari pondere misceat̃. Rursꝰ mẽthæ syrupꝰ atq; absinthij. Itẽ mẽtha uel aceto cõdita/uel acido malipunici succo diluta.

De exacta atræ bilis cura: Ca. xviij

u Erum missa hæc tanq; leuiora iam faciamus: atq; ad id quod periculosissimũ est reuertamur/scilicet ad atrã bilem: quæ quotiens abũdat & furit: cum corpus totũ/tum uel maxime spiritũ quasi quoddã instrumentũ ingenij ipsumq; ingeniũ & iudiciũ labefactat. Primũ in ea curanda præceptũ sit ut docuit Galienus/ne repente illã educere cõtendamus: ne forte parte eius liquidiore subtilioreq; subducta/residuum densius admodũ sicciusq; resideat: sed paulatim molliat̃ digeraturq; pariter atq; educat̃. Secundum/ut interim tã cibis humidioribus q̃ lauacris dulcibus & modicis unguentisq; similibus caput & corpus totũ ad summũ ꝓ uiribus humectet̃: ea tamẽ cautione ne uel destillatio irritetur/uel destruatur stomachus aut iecur/uel meatus corporis obstruantur. Tertium uero/& id quidem maxime necessariũ/ut cõtinue cor foueatur roboreturq; rebꝰ cõgruis partim intus acceptis/partim extra pectori/naribus ue adhibitis. Aspiciant̃ quoq; & audiant̃: odorẽtur & cogitentur assidue quæ oblectent: Contraria uero lõgius arceantur.

De syrupis: Ca.xix.

m Vlta quidē a multis aduersus hunc humorē cō/
posita sunt. Ego autē in præsentia tria quædā re/
mediorum genera e plurimis afferam electissima
omniū atq; tutissima/accæpta primū a priscis / deinde a
recentioribus cōfirmata/interdū etiā a nobis ad usū no/
strum accōmodata. In primo est syrupi optimi composi
tio. In secundo pilulæ ꝓbatissimæ. In tertio electuaria sa
luberrima. His tribus oportune adhibitis/melancholic⁹
humor mollit̄ & digerit̄ atq; soluit̄: spirit⁹ acuunt̄/& illu
strant̄: souetur ingenium: memoria cōfirmat̄. Syrupus
est huiusmodi: Sume boraginis/buglossę/florūq; utrius
q;/melissæ/ capillorū ueneris/ endiuiæ/uiolarū/cuscutæ /
polipodij/senę/epithimi: singulorū quantū manu capi/
tur: Pruna damascena numero uiginti: odora poma nu/
mero decē: passularū unciam unā: liquiritiæ unciā dimi/
diā: cinami/sandali rubri: corticū citri/singulorū drach/
mas tres: croci drachmā dimidiā: Coquant̄ in aqua om
nia præter epithimū & aromata/ donec pars tertia cōsu
matur. Decoctio exp̄ssa post/cū sacharo iterū & epithi
mo moderate coquat̄. Postremo īfundant̄ aromata sci/
licet cinnamum atq; crocus. Huius syrupi aurora calefa
cti unciæ tres bibant̄/ simulq; unciæ duæ aut tres aquæ
buglossæ: atq; una cū ijs ex sequētibus pilulis accipi de/
bent duæ saltē/ac plures prout cuiq; cōuenit: eo scilicet
pacto/ut aluus quotidie paulū moueatur.

De pilulis: Ca.xx.

p Ilularū uero quantū ad ꝓpositū spectat/duo sūt
genera: aliæ delicatis congruūt: robustioribus
aliæ. Primæ aureæ siue magicæ nomiari possūt /
partim magorū imitatione/partim nostra inuētiōe/ sub
ipso Iouis Venerisq; fluxu cōpositæ: quæ pituitā/ bilē/
atram bilē educunt absq; molestia: singula membra cor/
roborant: spiritus acuūt & illumināt. Ita eos dilatant/ne
cōstricti męsticiā pariant: sed dilatatiōe & lumine gau/

deant. Ita rursus stabiliunt/ne extensione nimia euane/scant. Sume igit̃ auri grana duodecim /maxime foliorũ eius si pura sint: turis / myrrhæ/croci/ligni aloes/ cinna/mi/corticis citri/melissæ/ serici crudi coccinei/ menthæ / been albi/been rubei/singulorũ drachmã dimidiã: rosa/rũ purpurea℞/sandali rubri/coralli rubri/myrobalano℞ triũ scilicet emblicarũ/chebularũ indarum/ singulorum drachmã unã/aloes rite ablutæ tantundẽ quantũ cũcto/rum pondus: Cõfice pilulas mero ꝙ electissimo. Sequũ tur pilulæ ad soluendam melancholiã aliquãto ualidio/res: uerũtamẽ minime uiolẽtæ. Sume peoniæ: myrrhæ: sticados arabici: melissæ: thuris: croci: myrobalano℞ trium scilicet emblicarũ/ chebularũ inda℞: rosarũ/singulo/rum drachmã unã: Trociscorũ agarici/polipodij/epithimi/senæ: lapidis lazuli/loti rite & præparati: Lapidis armeni affecti similiter/drachmas tres/singulorum: Aloes lotæ uncias duas/uino ꝑfecto pilulas cõfla. Si cũ melan/cholia manifesta caliditas dominet̃/quæ in hac compo/sitione sunt frigida/ad tertiã insuꝑ põderis sui ꝑtem au/genda erunt. Has pilulas ut littera℞ studiosis conuenit/ græco℞/latino℞/ arabumq; imitatiõe composui. Nolui uero fortiora miscere. Quale ueratrũ: quo Carneades Phanaticus utebat̃. Viris em̃ litteratis tantũ uel paulo firmioribus consulo: quibus nihil pestilentius est ꝙ̃ uio lentia. Ideo prætermisi pilulas indas/lapidisq; lazuli uel armeni notas: & quã cõpositionẽ hieralogodion appel/lant. Si deniq; decet simpliciorẽ cõpositionẽ inserere: ꝗ ego familiari⁹ utor: Sume aloes lotę unciã unã: myroba/lano℞ emblica℞ atq; chebula℞/utriusq; ꝑiter drachmas duas: masticis drachmas duas: duas quoq; rosa℞ præser tim purpurea℞ cõfice pilulas uino. Proinde pilulis aut ijs/aut illis: ex ijs scilicet quas ꝓbauimus: nemo unq̃ so lis uti debet: ne forte nimiũ exiccet̃. Quod quidẽ i me/lancholia pessimũ est: imo ul' una cũ syrupo: quẽ secuti partim Mesuem/ꝑtim Gentilẽ Fulginatẽ supra descri/

psimus: uel cũ uini odori leui sq3 uncia una siue duabus siue tribus/ut cuiq3 cõuenit: Aut cũ aqua mellis & passu larum atq3 liquiritiæ: Aut sicubi caliditas dominatur/ cũ iuleb uiolaceo/aquaq3 uiolacea. Omino autẽ consulo lit teratis/ quicunq3 ad atram bilem sunt proniores/ut hac purgatiõe bis quolibet anno/uere scilicet autũnoq3 utã/ tur: diebus quindecim cõtinuis uel uiginti: pilulis scili/ cet cũ syrupo atq3 similibus. Quicũq3 uero paulo minus huic morbo obnoxiĳ sunt/sat habebunt/si pilulas primas aut ultimas toto ãno sumant/ semel hebdomada qlibet: æstate quidẽ cũ iuleb ut diximus: alias uero cum uino.

De Medicina liquida: Ca.xxj.

m Eminisse uero oportet/ubi maximũ in exiccati/ one piculum imminet: purgare tamẽ necessitas cogit/opepciũ esse pilulas intermittere : atq3 in ipso syrupo uel simili quadã decoctiõe/ facta in aqua bu glossę/quãdo purgandũ est/interdũ infundere diasenæ uel diachatholicõis uel tripheræ psicæ unciã unã aut sal tem dimidiã. Qđ si uel corpus robusti⁹ sit/ uel astrictior & durior alu⁹ / addere electuariĳ hamech drachmã unã aut duas. Vtilis quoq3 hic est cõfecta casia: utilior man/ na. Nec omĩ melancholiæ speciei cõueniũt : sed illi ma/ xime quæ adustione creat̃. Sinautẽ melancholia natu/ ralis sit/cõueniunt quidẽ: ue℞ præcipue si in syrupo ad/ datur polipodĳ portio dupla uel tripla: similiter liquiri/ tiæ: crociq3 & passularũ. Item medicinæ addant̃ mellis rosacei liquidi unciæ duæ. Quotiẽs uero syrupus sumẽ/ dus sit/in superioribus diximus. Sed medicina cum ip/ so ter uiginti diebus sumenda erit. Verũ si melancholi/ cus nullus humor appareat: tantũ uero cõplexio melan cholica/scilicet frigida mẽbrorũ qualitas atq3 sicca/ me/ mento ducere aluũ/uel mittere sanguinẽ minime expe dire : Sed reliqua dũtaxat facere/quæ uel diximus/ uel dicemus. Præsertim quæcũq3 ad corpus ptinẽt/medio/ criter calefaciendũ atq3 magnopere humectandũ/spiri/

tusq; quoad fieri potest illuminandos/fouendaq; membra. Vbi uero ipse atræ bilis humor exundat/ non madefacimus tātū corpus atq; humorē/ sed etiam soluim⁹ aluum ea cautione qua diximus: Nunq; uero uæhemēter. Siquidem Plato in Timęo nos monet diuturnum morbum/qualis est melancholicus/non esse nimis ualētibus medicamētis atq; molestis pharmacis irritādū.

De sanguinis missione: Caplm.xxij.

Sunt nōnulli in sanguine mittēdo audaciores: quos medici sapientes admodū detestantur. Nam sanguis est atræ bilis temperamētū: spirit⁹ fomes: uitæ thesaurus. Solum uero ubi abundātiam sangninis indicat/uel ꝓfusior risus/audaciaq; & confidentia multa/uel color rubens uenarūq; tumor/ mittere sanguinē litteratis quando res postulat debemus e uena lienis sinistri brachij/lata quadam incisiōe/quattuor uncias mane/uespere totidem. Deinde paucos post dies/ saltem septem/ad summū quattuordecim/tum frictione quadam asperiore/tum admotis hirudinibus/quas sanguisugas nominant/ mariscas irritare: ut sanguinis unciæ tres aut quattuor inde distillent. Hæc ambo robustioribus tātum facienda uidentur. Debilioribus uero/si necessitas postulat mariscas solum sicut docuim⁹ irritare. Sed neq; uentrem medicinis soluere/neq; mittere sanguinem licet: nisi prius clysteribus pinguibus mollibusq; lenieris. Atq; hoc sit in melancholica natura cōmune præcæptum: dandam esse operam ut si oportuerit/eiusmodi clysteribus frequentatis uenter inferior lubricus semper sit atque purgatus.

De Electuarijs: Caplm.xxiij.

Sequuntur electuaria: ex quibus laudo equidē quod Rasis exhilarās appellauit. Præterea quę in libro de uiribus cordis Auicenna cōponit: Sed multo magis quod Mesues ita conscribit. Sume crudum sericum colore coccineo nuper tinctum/ pondere li-

bram unam. Id merge succo pomorum dulcium & sua-
uiter redolentium: atq; succo buglossæ/ aquaq; rosacea/
singulorum libra una/post quattuor & uiginti horas: to
tum id coque suauiter/donec aqua rubeat. Deinde ex-
trahe sericum/atq; insuper exprime diligenter. Infūde
mox sachari candidissimi centum & quinquaginta dra-
chmas: coque rursus donec quasi mel spissetur: Amoue
tunc ab igne: Atq; infunde dum calet/ambræ crudæ di-
ligenter cōscisæ drachmas sex: & ut liquescat ambra ꝑ-
mitte. Postremo adde his puluerē eiusmodi. Sume li-
gni aloes crudi: cinnami: utriusq; æque sex drachmas:
Lapidis lazuli rite abluti/drachmas tresdecim: Vnionū
id est albarū margaritarū drachmas duas: Auri ueri dra
chmā unā: Musci electi partē drachmæ dimidiā. Dant̄
ex eo cū uino drachmæ duæ uel una mane ac uespe an-
te cibū trib⁹ aut quattuor horis. Id mihi præ cæteris ual-
de placet. Veruntā ꝓbo etiā Diamuscū Mesues dulcē:
cōpositionēq; gēmarū: mō cū aqua rosacea assumantur.
Laudarē quoq; mirifice qđ est a Petro Ebanēsi philoso-
pho sūmo conflatū: nisi ipsemet ex eius immodico usu
dilatationem exhalationemq; spirituū nimiam formi-
daret. Quamobrem duo quędā insuper excogitaui tu-
tissima: atq; ob temperationē suā cuilibet tempori/ æta-
ti/naturæ cōuenietissima: in qbus miscetur utile dulci.
Quæ tātū nutriunt q̄tum fouēt & roborāt. Pręterea spi
ritui & ingenio tātū stabiliēdo/quātū acuēdo & illustrā-
do cōueniūt. Sume sachari rosacei uncias quattuor: Sa-
chari una cū florib⁹ buglossæ cōcocti uncias duas: Corti
cis pomi citri sacharo cōditi unciā unā: Chebuli cōdite
uncias duas: Cinnami electi drachmā unā: Sandali: co-
ralli. s. utriusq; rubri: Itē serici coccinei/crudi cōscisi/cro-
ci/margaritarū/singulorū drachmā dimidiā: auri/argēti/
singulorū tertiā drachmę partē/ambræ/musci/utriusq;
grana duo. Fūde oia simul succo citri uel limonis sacha-
ro cocti. Seqt̄ cōfectio altera/aliquanto salubrior/ certe

multo suauior. Sume amygdalarũ dulciũ quattuor uncias: nucleorũ pineorũ.s. ablutorũ diei uni⁹ spacio: seminum cucumeris / utrorũq; pariter / uncias duas: Sachari duri qd' candũ / id ẽ candidũ uocãt quattuor uncias: Sachari alteri⁹ / sed albissimi / librã unã atq; dimidiã. Funde cũcta hęc aqua rosacea atq; limonis & citri: in qua extinctũ fuerit ignitũ aurũ & argentũ: Simul coque suauiter. Demũ adde cinami: beem rubri: sandali rubri / coralli similis / singulorũ drachmã unã: Margaritarũ nitidissimarũ / croci / serici / crudi / coccinei minutissime attriti / singulorũ drachmã dimidiã: Auri / argẽti / utriusq; grana duodecim: Hiacynthi / smaragdi / saphiri / carbũculi: singulorũ tertiã drachmæ ptẽ. Si cui ꝟo desunt aurũ / argẽtum / ambra / musc⁹ / preciosi lapilli / cõfectiões illæ etiã ꝓdesse multũ sine his poterunt. Quarũ tres potissimũ eligo / unã.s. Mesues / quã recẽsui: duas uero nostras / quas mõ descripsimus. Quo uero pacto ijs utendũ sit / supius satis exposuimus. Siquis aũt simplici⁹ aliquid appetat / oĩbus tñ accõmodatum / hic citri pomum perfecte maturum / integrũ perfecte cõtundat: multoq; sacharo & multo rosarum succo adhibito coquat. Coctũ uero modico cinnamo / crocoq; condiat. Aut aromatico rosaceo utatũ sic tempato. Sume aromatici rosacei unciã unã: Sachari rosacei: Sachari diabuglossati / utriusq; uncias duas: aut similiter misceat diamuscũ. Qq̃ enim duo hæc nõ sint simplicia: tamen facile satis habentur. Ac si caliditas timeatur / diaprunis & sacharum uiolaceum adiungantur.

De nimia uigilia: Ca. xxiiij.

Saepe melancholicis præsertim litteratis accidere solet / ut nimiũ exiccato cerebro / uigilijs lõgis extenuẽt. Quoniã uero nihil atræ bilis mala magis auget q̃ longa uigilia / tanto malo omni studio succurrẽdum. Ideo lactucas post cibos alios edant una cum pane modico: pauculo croco: uinumq; purũ sorbeant post

lactucam: neq; ultra horam lucubrent. Cunq; se dormitum conferunt/confectionem eiusmodi sumant. In qua seminis papaueris albi/unciæ duæ sint: Seminis lactucę uncia una: Amomi/croci.s. utriusq; pars drachmæ dimidia: Sachari unciæ sex. Dilue & coque omnia simul syrupo papaueris. Edant huius drachmas duas: simulq; non nihil syrupi papaueris gustent aut uini. Illinias eis frontem temporaq; oleo ex uiolis: & ex nenufare adiecta cāphora: Itē lacte oleoq; amygdalino atq; uiolaceo. Odorem croci/& cāphoræ/putaminūq; dulcis mali naribus admouebis: Aceti insuper modici/sed aquæ rosaceæ plurimæ. Sternes quoq; lectum plantarum folijs frigidarum. Aures grauibus cantibus sonisq; delinies. Humectabis sæpe caput eiusmodi lauacris scilicet aqua in qua cocta sint frusta papaueris: lactuca/portulaca/malua/rosarum/uitis/salicis/arundinumq; folia: addita camomilla. Balneis quoq; dulcibus ex rebus eiusmodi/sæpe tibiæ/brachiaq;/sæpe totum corpus est humectādū. Lac insuper bibere mixtum sacharo scilicet stomacho uacuo/si modo stomachus optime tolerauerit/maxime prodest. Humida hæc melācholicis etiam si satis dormiant mirifice conferunt. Memento lac amygdalinū mensę familiarissimum esse debere.

De hebetudine atq; obliuione: Caplm. xxv.

a Ccidit uero nōnunq;/ut studiosis uel quia sedulo inclinato capite legant/scribant ue/uel quia ocio nimio torpeant/pituita quædam uiscosior una cum frigida nimis melancholia caput occupās grauet/atq; hebetes obliuiososq; efficiat. His ergo caput exonerandum est ijs remedijs/quæ alias diximus pituitæ conuenire. Sin minus illa suffecerint/ad pilulas indas & cocchias hieralogodioq; confugito. Præterea ad hierā diacoloquintidos uel archigenis/uel andromaci/uel theodotionis: Aut ad pilulas iudęi quas Mesues in capitulo de capitis dolore describit. Qd' si natura ætas

ue frigidior sit/nec æstas obstiterit: post purgationem utere confectione illa anachardina/quã Mesues sapientũ cõfectionẽ nominat in Antidotario. Rursus anacardina illa/quã in capitulo de obliuione ex sententia filij Zachariæ recẽset. Da sũmo mãe drachmã unã: sed q eã sumit/ab ira/coitu/ebrietate/labore/ rebusq; calidis eo die prorsus abstineat. Hæc quidẽ aduersus hebetudinẽ obliuionemq; ualentissima sunt. At uero si familiaria magis optes/da zinziber sacharo cõditum: sed modico ture mixtũ: qđ sensibus & memoriæ magnope prodest/ pręsertim his adiectis.s. melle anachardi/melle chebularũ/acoris/cipis/ambra/musco. Prodest etiã diãbra/plis archoticon/diacori. Sed hęc ore diuti⁹ retinẽda: narib⁹ etiã & aurib⁹ infundenda. Odor quoq; thuris/amaraci/maratri/nucis muscatæ/rutæ/chariophilo℞ pdest ñ mediocriter. Memẽto tñ tiriacã in his atq; similib⁹ quemadmodum ab initio diximus: nulli unq; remedio postponendam. Pręterea hebetibus obliuiosisq; tẽpora & ceruicem unctione eiusmodi unge. Sume olei sambucini unciã unã/olei deben uncias duas/euforbij unciam dimidiam/castorei quoq; tantũdem. Perfricabis brachia/crura/ceruicemq; uæhementer. Ac si opus fuerit ceruici cucurbitulas admouebis. Verticem pręterea capitis amaraco/thure/nuce muscata tunsis operies atque fouebis.

Q₂ corporeũ qdẽ spm̃ curare debeam⁹: Incorporeũ uero colere: ṽitatẽ deniq; uenerari. Primũ medicina præstat: Scđ'm disciplia moral': Tertiũ ṽo religio: Ca. xxvj

Si homines ueritatis cupidi tanta medicorũ diligentia corporeũ spm̃ curare debent: ne forte omnino neglectus uel impedimẽto sit/uel inepte seruiat quęrentibus ueritatẽ: multo pculdubio diligentius incorporeũ spiritũ/id est intellectũ ipsum disciplinæ moralis institutis colere decet/quo solo ueritas ipsa cum sit incorporea capitur. Nefas em̃ est solum ani

mi suũ/id ẽ corp⁹ colere: aĩm ꝟo corpis dñm regẽq; ne/gligere. Pręserti cũ Magoꝝ Platõisq; sẽtẽtia sit/corp⁹to tum ab animo ita pendere / ut nisi anim⁹ bene ualuerit/ corpus bene ualere non possit. Quapropter medicinæ auctor Apollo nõ Hippocratẽ q̃uis ex sua stirpe geni/tum: sed Socratem sapientissimũ iudicauit. Quippe cũ quantũ Hippocrates corpori/tantũ Socrates animo sa/nando studuerit: q̃q̃ quod tentauerãt illi/ solus Christ⁹ effecit. Proinde si mentẽ nostrã optimis colere morib⁹ a Socrate iccirco iubemur: ut lucẽ ueritatẽq; a nobis na turæ instinctu quęsitã serena mente facili⁹ assequamur: quãto magis ueritatẽ ipsam diuinã in primis religione sancta fas est uenerari? Ad quã quęrendã capiẽdamq; non aliter creata mens est/q̃ oculus ad lumen solis per/spiciendũ. Atque ut Plato noster inquit/queẽadmodum uisus nihil usq; uisibile perspicit/nisi in ipso sũmi uisibi/lis/id est solis ipsius splẽdore: ita neq; intellectus huma/nus intelligibile quicq; apprehẽdit/nisi ĩ ipso intelligi/bilis sũmi/hoc est dei lumĩe nobis semper & ubiq; prę/sente/in lumine inquã/quod illuminat oẽm hominẽ ue/nientẽ in hunc mundũ. In lumine de quo canit Dauid: In lumine tuo uidebimus lumen. Profecto quemadmo dum purgatis oculis/inq; lumen ipsum aspiciẽtibus/ su/bito splẽdor eius infunditur/coloribus figurisq; rerum abunde refulgens: ita cumprimũ ab omnibus corporis perturbatiõĩbus per moralẽ disciplinã purgata mens ẽ/ atque ĩ diuinã ueritatẽ/id est deũ ipsum religioso quo/dam flagrantissimoq; amore directa/subito (ut diuinus inquit Plato) diuina menti ueritas influit/rationesq; re/rum ueras/quæ in ipsa cõtinenẽ/quib⁹ue oĩa cõstant/fœ liciter explicat: quãtoq; mentẽ circũfundit lumine/tãto simul & uoluntatẽ gaudio beate perfundit.

Finis Primi libri.

# Prooemiũ.

Marsilij Ficini Florentini in librũ Secundum/De Vita lõga/ad Philippũ Valorẽ/Epistolare ꝓœmium.

m Arsilius Ficinus Florentinus Philippo Valori Ciui optimo: atq; nobilissimo. S.D. Q̃ꝙ Plato noster genio suo uiuit: & uictur⁹ ẽ (ut arbitror) dum mũdus ipe uiuet: meus me tñ Genius huc semper impellit: ut post diuinũ cultũ ante oia Platonis uitæ ꝓspiciã. Ad hocipsum iamdiu nobis aspirat prę cęteris Medica domus. Ad idẽ cõspiras/& tu mi Valor Medicũ amicissimus/ & Platonicæ gloriæ atq; disciplinæ admodũ studiosus. Quã ergo uitã Platoni sẽper exopto: eandẽ opto medicibus: similẽq; Valori. Quãobrẽ hortor/ & obsecro te mi Valor: ut quãta semper opa gloriæ Platonicæ faues: tanta aliqñ diligẽtia pręcępta hęc nr̃a de uita ꝓducẽda/legas: atq; serues. Quibus diu uiuens resurgẽti nuper disciplinæ Platonis diutius una cũ magnanimo Laurentio Medice patrocinari possis. Vale.

Capitulorũ Secũdi libri Annotatio.

Marsilij Ficini Florentini liber de uita lõga/incipit.

Q ad perfectionẽ scientiæ necessaria sit uita lon/ga: quam etiam diligentia præstat: Caplm. j.

a D artem scientiãq; pfectã nõ tã uel doci litas ingenij/uel memoriæ firmitas: q prudẽtis iudicij pspicacia nos perducit. Iudiciũ vero ppter ambiguitatẽ ex cõie/cturarũ diuersitate conceptã adeo diffi/cile est: ut expimẽto sit necessario cõfir/mandũ. Experimẽtũ quoq; fallax tũ p/pter iudicij ipsi⁹ difficultatẽ: tũ ppter fugacẽ oportuni i experimẽto captãdo tpis breuitatẽ. Quib⁹ sane de cau/

sis/artē esse longā una cū Hippocrate recte cōcludim⁹: nec posse nos eā/nisi uitæ longitudine cōsequi. Vitā uero longā non solū ab initio semel fata ꝑmittunt: sed nr̄a etiā diligentia præstat. Qđ & astrologi cōfitentur / ubi de electionibus & imaginib⁹ agūt: & medicorū cura diligens expientiaq; cōfirmat. Qua quidē ꝓuidentia nō solū homines natura ualidi sępissime: sed etiā ualitudinarij uitā longā aliquādo cōsequunt̄: ut nō mirū sit Herodicū quendā litterarū studiosum oīm sui tēporis infirmissimū (ut Plato Aristotelesq; testant̄) eiusmodi ꝓuidentia/annū fere centesimū impleuisse. Plutarchus pręterea narrat multos corpore alioqn parū firmo/ uitā sola diligētia longā cōsecutos. Mitto in pręsentia quot imbecillos ipse nouerim prudentię munere robustissimorū annos superauisse. Neq; igitur inutile fuerit / neq; uanū/post librū de curāda ualitudine litteratorum a nobis cōpositū/pręcępta quędā insuper ingenijs scientiæ cupidis ad uitā longā cōducentia tradere. Instituta uero hęc nec inertibus ignauisq; cōmunicari uolumus. Quid eīm cupiamus istos diu uiuere? qui nec uiuūt quidem/quasi fucos nutriamus nō apes. Nec hominib⁹ diuulgari/perdita uoluptatū libidine dissolutis: qui breuem quotidie uoluptatē lōgę stulti pręponūt. Nec improbis iniquisq; patefieri: quorū uita mors est bonorū: Sed uiris dūtaxat prudētib⁹ atq; tēperatis/solertis ingenij uirib⁹ hūano generi uel ꝑuatim uel publice ꝓfuturis.

Q₂ uitalis calor nutriat̄ hūore: Quo deficiēte fit resolutio: Quo excedēte fit suffocatio: Ca. ij.

Ita quidē tanq; lumen in naturali calore cōsistit. Caloris uero pabulū est humor aerius/atq; pinguis quasi oleū. Siue igit̄ humor eiusmodi forte deficiat/siue prorsus excedat/uel inquinet̄: calor statim debilitat̄: & tandē debilitat⁹ extinguit̄. Si humoris defectu calor debilitat̄ & perdit̄/mors resolutionę cōtingit. Si poti⁹ obruit̄ humoris excessu uel uitio: uita suffo

catione perit: Suffocatio uero humoris cuiuslibet ex/undantia uel putrefactione cōtingit: pręsertim pituita uel excrescēte uel quōlibet putrefacta: ut nō īmerito pituita petens uitā fuerit noīata. Pręcepta igit̄ ad ꝓducē/dam uitā maxime necessaria: Hinc quidē resolutionē: inde uero suffocationē putrefactionēq; æque deuitant: Aeque inq; ratiōe cōmuni. Nā si calidiorē sicciorem ue hoīem forte curant/& cui meat⁹ quidē apti sunt: humo/res aūt spūsq; subtiles resolutiōi magis occurrūt: Sin au/tē cōtraria ratiōe corpus affectū tractāt/poti⁹ suffocati/oni subueniūt. Maxime uero in alterutro studēt: si ad alterutrū locus tēpus ue declinet. At ubi ingeniosis studi/osisq; cōsulit̄: utrūq; pręceptū ferme est pariter necessa riū: in utroq; similiter laborat̄. His em̄ acutū quidē cali/dūq; ingeniū/& imaginatiōis motus assiduus/ resoluti/one: ociū uero corpis atq; cruditas suffocationē minita/ri uidet̄. Nusq; igit̄ medici uęhemētius q̄ in eiusmodi hominū curatiōe laborāt. Etsi tota libri superioris dispu tatio ad ꝓrogandā uitā maxime cōfert: ꝓpriā tn̄ quan/dam res tanta curā/qualē deinceps quoad potero pau/cis cōprehendam/postulare uidetur.

Quō temperandus calor ad humorē atq; uicissim quodam Mineruæ consilio: Capl'm. iij.

c Eterū dū oleū istud pingue/igneo huic uigori nostro necessariū piugui Minerua tractamus/Minerua interim oliuifera olei uitalis origo/ al/mi uidelicet Iouis capite nata ridet: q̄ sui muneris quā/titatē plane cernētes/interea nō satis uidim⁹ qualitatē. Ridens ergo/ uobis inquit oleū nō modo quātū sat flā/mæ nutriēdæ foret/abūde dedi: sed etiā sine amurca sin cerū infūdi lucernæ. Hęc illa. Nos autē inter loquēdū er rātes offendim⁹: q̄m lucerna pedib⁹ nr̄is uerbū suū/ non dū nobis auditū. Ex hac ergo lucerna discam⁹/oleū iugi ter flāmæ subministrādū/ea. s. diligētia: ut nec repētina quadā lumē obruam⁹ illiui ōe. Nec rursum differam⁹ si/

tibundo potũ. Sed hęc quidẽ duo satis in sup̃iorib⁹ tra/ctata putam⁹. Reliqua nobis duo sunt: quoꝝ alterum leuiter tetigisse: alteꝝ uix attigisse uidemur. Tãgẽtes interim ita Palladem/ut ridere nunq̃ solita nos rideret. Quid ergo? Primo quidẽ cõsiderabim⁹ flãmã uel paucula esse prorsus edacẽ: ideoq̃ lucernã illã lucere diuti⁹/ in qua sic flãmula est ad ellychniũ/id est luciniũ tẽperata/ut nõ ebibat oleũ/sed pitisset. Itaq̃ & nos in oĩ dieta cauebim⁹: ne qñ pręsertim in iuuẽtute nimiũ inualescat insit⁹ ignis suapte natura uorax: Sat uero fuerit tũ humorẽ inundãtẽ/tum penetrabile frigus hinc arcere. Deinde lucernã cogitabim⁹ frequẽter extingui/ qñ nõ sinceꝝ oleũ instillauerit: sed (ut ita dixerim) amurcosũ. Vnde paulo post cõcrescunt ex amurca fungi/lumenq̃ extinguunt. Iã ꝟo nos almũ a Pallade suscępim⁹ oleũ. s. aerium q̃plurimum puꝝq̃/& natiuo quodam lẽtore tenax atq̃ firmũ. Qđ ergo huic paulatim absumpto subgeritur/nõ solum huic ęquale debet esse/sed simile. Vt uero sit simile/nõ tãtum aerium esse debet & pigue/sed penitus ab amurca secretum/id ẽ a fęce quadã ex terra & aqua crassiore cõgesta. Hãc ergo congestionẽ fęcẽq̃ uitaturi/alimẽta eiusmodi fugiamus & ocium & cruditatẽ atq̃ sordes. Interea uero Mineruã ea moderatione colamus: ut caput quidẽ de quo nata est ipsa: nobis augeat: neruos autẽ stomachumq̃ non minuat.

Quibus de causis arescat hũor naturalis: uel pegrin⁹ exũdet: & q̃ necessaria sit ad uitã p̃fecta digestio: Ca. iiij

n Aturalẽ hũorẽ uelocit᷑ hęc exiccãt: Sanguinis flux⁹ uberior: Violẽta solutio uẽtris: Diu lubric⁹ aluus: Profusus sudor: Latius patefacti meatus: Coit⁹ ad debilitatẽ fact⁹: Sitis ãhela: Fames cruciãs: Vigilia lõga: Vs⁹ calidaꝝ reꝝ sil᷑ atq̃ siccaꝝ: Laborios⁹ animi corpisq̃ motus: Anxietas: Ira: Dolor: Siccior sil᷑/atq̃ feruẽtior aer: pręsertim igne calescens: Ventus aridior & uiolentus atque diuturnus. Humorem supra modum

Ebrietas
Cruditas
digestio radix vite

augēt his cōtraria. Ebrietas frequēs utrūq; facit: Nimio enim tū calore siccat, tū humore suffocat ebriosū. Nihil aūt magis q̄ cruditas ad utrūq; nocet. Vbi em̄ nō cōcoquit alimētū, hinc qdē deest quo naturalē irrigeš hūorē: inde uero putrefactū supest, qd' exūdās calorē obruat naturalē. Quāobrē Auicēna corrūpi sanguinē inqt, ubi digestio ipsa corrūpit: Secut⁹q; Galienū appellat digestionē, uitæ radicē. Optima igit̄ ē & quasi unica hęc regl'a Galiēi: cōcoctionē cibi præ cęteris ubiq; curare. Nā qd' maximū uidet̄ esse pręcęptū: salubrib⁹ uidelicet uti: nihil ꝓderit, nisi coquas. Siqdē ex his ferme sicut ex contrarijs noxi⁹ hūor ꝓfluit, si cruda mēbris influxerint. Ex cibis aūt etiā min⁹ arte laudatis, sępe min⁹ malū accipit̄ nutrimētū si uehemēti⁹ cōcoquant̄. Cruditatē igit̄ tāq; grauē resolutiōis simul, & suffocatiōis causā diligētissime deuitem⁹: quātitate uidelicet cibi pot⁹q; nobis accōmodata: Qualitate: simplicitate: pręparatiōe: cōtritiōe: ieiunio reuocāte famem: ac si op⁹ fuerit stomachi etiam exteriore fomēto: reb⁹q; quibusdā stipticis post epulas int⁹ assumptis. Caueam⁹q; diligēter ne cibū pot⁹ exuperet. Neu cibus sit liquidior, aut durior: aut hic uel ille ualde sit actu frigidus: aut alimēta sint lōge diuersa: aut crudū addam⁹ crudo. Hęc em̄ cōcoctionē magnopere ꝓhibent. Caueamus insup diligētissime, ne uel coitu statim post cibū, uel sōno meridiano sępius nō necessario: uel nocturna uigilia, uel labore animi ullo siue corporis importuno uel alio quopiā pacto digestionē īpediam⁹. Digestionē dico equidē nō p̄mā tantū, quæ fit in stomacho: sed secūdā etiā quæ fit in iecore: Tertiā īsuper quæ in uenis: Quartā deniq; quæ in mēbris efficit̄: quæ lōgo quodā idigēt intuallo: & quāuis īpedita, pabulū nō suppeditat̄ hūori. Proīde sicut digestionē, sic excremtorū purgationē adiuuare ī primis necessariū ē ad uitā. Necessariū sordes etiā a cute detergere. Necessari⁹ ē mot⁹ corpis tā cōtinu⁹, tā tēperat⁹, tā uari⁹, q̄ cœlestiū aerisq;

motus & ignis & aquæ : ſeruata dumtaxat cōcoctionis & ſomni neceſſitate: Defatigatione uero & reſolutiōe uitata. Pręterea ſub umbra ſitū carieq̄ꝫ obducim⁹. Sub diuo ſub lumīe uiuimus. Quod pater meus Ficinus inſignis medicus frequenter habebat in ore. Sed ad hęc fœliciter pagenda operēprecium foret: non tā urbanis negocijs q̄ ruſticis qbuſdā exercitatiōibus a tenera ſtatim ætate corpus aſſuefeciſſe & quodāmodo ſimilibus/ interdū etiā nutrimētis: & uitæ genus quodāmodo uariū tenuiſſe: Quod me ſæpe prudēs ille monebat. Qui eñ i oi ætate lautiſſima q̄dā curioſitate uiuūt: ſæpe min⁹ tuti uiuūt. Qui ꝟo adoleſcētes/ ſe min⁹ aſſuefecerint/ adulti ſaltē aſſuefaciāt/ cautiorib⁹ tñ gradib⁹ id tētātes.

Q; ſanguis & humor accōmodatus uitæ/ aereus eſſe debeat qualitate tēpat⁹: ſubſtātia medi⁹ atq; tenax: Ca. v

g Reci omēs inter pręcępta ad diuturnam uitam maxime neceſſaria/ mandant ut euchimis alamur. Euchima uocamus alimēta ſalubria: quæ bonū afferunt nutrimentū/ id eſt ſanguinē bonū. Bonū uero ſanguinē appellamus/ nō frigidū/ nō ſiccū/ nō turbulentū: ſed calidū & humidū atq; clarū. Calidū qdē calore nō acri: Humidū ꝟo humore nō aqueo: Clarū q̄q;/ nec tñ interea tenuiſſimū. Iam ꝟo feruētior ſanguis/ naturalē tum calorē exacuit/ tū exiccat humorē: & quē ipſe humorē infert uel calorē reſolubilē pręſtat atq; fugacem. Sanguis pręterea humidior proniorq; ad aquam naturalē obtundit calorē: humorem quoq; naturalem uel hebetat: uel impellit ſub calore liqueſcere: uel ſuffocat humiditate calorem: & omnino ſiqua portio naturalis humoris ex aqueo ſanguine trahitur/ tum putreſcit facile: tum cito diffluit atque diſſoluitur. Hinc efficitur: ut qui molliores fructus herbaſq; comedunt/ niſi raro forſan & pro medicina tunc uentrem leniente ſumant/ breui uenas ſucco crudo putrefactiōiq; obnoxio penitus impleant. Ac ne id accidat/ tutius pro alimēto

uel coquuntur:uel saltem cum pane miscētur. Sanguis ergo nec igneus esto:nec aqueus: sed aereus:Non aeri crassiori similis:ne procliuior sit ad aquā:Non aeri subtilissimo/ne facile incalescat in ignem:Sed substantiam teneat mediocrem:in qua medius aer dominatum habeat plurimū:Cętera elemēta insint quatenꝰ aeris accōmodantur imperio. Non sit eius substātia subtilissima: ne humorem instabilē generet/spiritūq; uolatilem / & dissolutioni subiectū. Non sit crassissima/alioquin & ingenio minime ministrabit:& uix in naturalē humorem ac spiritum ꝑmutabitur. Meatus obstruet:suffocationi dabit occasionem: Et spiritus qui uix tandem crassus inde creatur/densitate sua & ipse parum idoneus est ad uitā/ & calorem naturalē ita suffocat/sicut fumus densior flāmam comprimit protinus/& extinguit. Mitto ꝙ saltem adeo tenebrosus est/ut uitam efficiat męstā morte deteriorem. In primis autem ut mihi uidetur ad uitam expedit diuturnam:sanguinē una cum substātia quidem aeria ualde/nec admodum crassa/habere glutinosum aliquem in se humorem atque tenacem/qualem ferme cū subtilitate habet oleum oliuarū & humor anguillæ pinguis simul atque tenuis:& oleum ex terebentina quadam sublimatione tractum. Tu igitur alimenta cętera ꝗ; omnia quæ sanguinē pro uiribus humoremq; talem efficiant diligenter eligito. Sanguis enim humorq; talis sicut oleum flammæ/ita uitali calori pabulum est: & una cum subtilitate habet etiam firmitatem. Prędceptū enim Rasis est pro iuuētute seruanda/rebus uti sanguinem ad pręcordia traducentibus/ ibiq; cōdensantibus/ corq; fouentibus. Quod Auicenna probat/aquosum labilemq; sanguinem præcipiens euitandum. Differēs autem in hoc pro differētia corporū ratio est habēda. Nā ubi densius corpus est/ad subtilitatē sanguinis:ubi rarius/ad crassitudinē eiusdem omnibus est remediis declinandum: V bi media corporis habitudo / uia similiter

media tutius imus. Nunq̃ tamen naturalē corporis ha
bitudinem extirpare conabimur: alioquin uitam ipsam
extirparemus. Expedit insup meminisse, ubi subtilita-
tem sanguinis ualde ueremur: & stomachus interea nō
sit admodum natura ualidus, minutioribus ad crassitu-
dinē gradibus accedendū esse: dum gracilē hoīem cras-
sioribus alimētis nutrire cōtendimus, & fouēdū īterim
stomachū: pducendū somnum. Exercitationem corpo
ris pro uiribus augendā, animi minuendā, quæ plurimis
sępissime nocet. Ac si minus ferat alimēta uiscosa nimiū
duraq̃ uel admodū frigida: usu saltē corallorū: sādalorū:
rosarū: coriandrorū: myrobalanorū: cydoniorū & diaci-
donion, sachariq̃ rosacei: stipticarūq̃ rerū eā sanguinis
humorisq̃ firmitatē deniq̃ cōsequemur: quā reb⁹ nimiū
glutinosis hic tuto cōsequi nō ualemus. Cōmodissime
uero ex nucleis pineis pistaceisq̃ & glycirhizæ succo
& amido additis amygdalis dulcib⁹, earūq̃ oleo & cydo
niorū semine atq̃ oleo sisamino una cū sacharo cādidis-
simo aquaq̃ rosacea nutrient, qui uiscosa grandiorū ani
maliū mēbra cōcoquere nequeāt. Cōcedem⁹ his pręte-
rea extrema gallinarū uel hędorū & testudines & lima-
ces atque testiculos. Vina dabimus non alba: sed rubra
stipticaq̃, & quodāmodo subamara. Aqua uinū ferrea
uel masticea temperātes, oleo quoq̃ masticis cydonio-
rūq̃ cutem leuiter leniemus: & uetabim⁹ interim quæ
sanguinē subtilē faciūt uel feruentē: nisi forsan nō nihil
croci uel cinamomi tenacioribus epulis infundamus, ut
& facilius cōcoquant, & cocta p meatus angustos trāsfe
rant ad mēbra. Difficile nanq̃ est uiscosa uel alimenta
paulo firmiora ex stomacho nō admodū ualido, usq̃ ad
digestionē tertiā, q̃rtāq̃ pducere: nisi eiusmodi uehicu-
lis pferant atque insup frictiōibus leuibus puocentur.
Quas quidē cū facies, manibus eas mollioribus facito:
ac memento madefacere manus odorifero quodam ui-
no: in quo cammomillā myrtūq̃ coxeris atque rosas.

De cõmunii comedendi bibendiq; regula: & qualitate epularum: Ca.vj.

Sed missa in pręsentia faciamus obtusissima hominum corpora uel tenuissima: ad cõmunem uiuendi ratione͂ pueniamus: cõmuni madiæq; corporis habitudini prorsus accõmodatam. Caue ne ulla ratione meatus corpis uel supra modum pateant / uel nimium obstruantur. Ibi enim in resolutione & iniuria extrinsecus inferenda discrimen: hic autem in putrefactione & suffocatione piculum & si non artissimo regulæ fręno quod Hippocrates damnat / te cohibeo: non tamen habenas tibi ad licentiam usq; relaxo. Herbas & fructus humidiores accipe parce. Parcius lac & pisces / & utrũq; cum melle: Parcissime fungos / atque cum aromaticis ac semine piri: Similiter purum aquæ potum: atque una cũ parcitate. Quæ humidiora sunt uel pinguia / aromaticis acribusq; condito / alioquin & humore͂ alienum membris plurimũ inferunt / atque putridum: & si quem necessariũ naturæ humorem suggerũt: hunc pręstant citæ admodũ corruptioni subiectũ: Quod nõ aliter ꝙ aquosum uinũ conturbatur celeriter & corrumpit. Hinc cita canicies / & pallor rugositasq; senilis. Carnes quoq; si quotidie comedantur / ac etiam si pondere pani ꝓpinquent / citam putrefactionem inferũt. Vnde Porphyrius pythagoreorũ antiquorũq; auctoritate frętus / esum animaliũ detestatur. Nonne homines accępimus ante diluuiũ longęuos / animalibus pepcisse? Q̃ꝙ medici non tam carniũ usum uetant / q̃ abusum. Deniq; humida tanꝙ putrefactioni obnoxia fuge: memoria tenens humidos / & pingues senescere citius atque mori. Quod & Hippocrates ait: & res ipsa declarat. Siccissima rursum accipe moderate / uel saltem liberiore tempera potu. Media tutus eligito: Tam & si Auicenna formam cibi paulo sicciorem molli pręponit ad caniciem euitandam. Ad frigida nimiũ aut calida cautissimꝰ esto.

Calida simul & humida sequere. Si feruet aer/epularũ humor calorẽ supet: Si friget/calor humorẽ. Vtrobiq; uero modicus sit excessus. Vbiq; calor & humor nõ nihil glutinosũ habeat/atq; stipticũ: ut illinc mẽbris irrigatus humor ihæreat firmius: ac diu sub calore perduret. Electũ triticũ & panis electus hoc in primis habet. Deinde rubrũ stipticũq; uinũ parumq; dulce. Tertio pinei nuclei/resq; his tẽperie & lentore psimiles. Quarto carnes non humidæ simul atq; laxæ/ut suillæ & agninæ lactentes. Medici tamen ueteres/maxime Galienus suis carnes/& sanguinẽ/ppter quandã cũ corpe nostro similitudinẽ ualde cõmẽdat. Optime sũt igit similibus corporibus/ut rusticis & robustis corpusq; multum exercitantibus: præsertim si quatriduũ chariophilis/coriãdris præpatis/sale conditæ seruentur. Et sanguis forsan utilis si cũ saccharo coquat defecatusq; ad sũmũ fuerit atq; liquens. Sed ut ad numerũ reuertamur/nõ pbant carnes humidiores/quales diximus: non duræ simul atq; siccæ/quales uetustioris leporis atq; bouis: sed mediæ quædã: ut gallinaceorũ/pullorũ/caponum/pauonũ: fasianarum/pdicũ: forte etiã pullorũ columbinorũ/præsertim domesticorũ. Tales quoq; sũt capreoli uituliq; iuuenes & anniculi uerueces piter atq; apri. Hædos nõ sperno lactẽtes caseũq; recentẽ. Auiculas equidem prætermisi. Frequens eñ subtiliorũ alimentorũ usus stomacho solũ cõuenit crassiora minime toleranti. Qui uero ualidior est/fugacẽ ex ijs fumũ reportat uel humorẽ. Oua tamẽ gallinarũ uõ prætermitto: si uitellus una cũ albo comedat. Vitellus nãq; solus delicatorũ est nutrimentũ: nam Auicenna pbat nutrimentũ nullũ expedire magis in diminutione sanguinis/& dissolutione spiritus cardiaci q̃ uitellũ oui gallinæ uel pdicis uel fasianæ. Neq; forte ab re fuerit/anseres nutrire spelta aqua ue nitida: ac post necẽ carnes sale & coriandris aceto præpatis/cõditas dies septem seruare prius q̃ edas: Ceruũq; similiter: si stoma-

chus fuerit ualidissimus. Probabile nanq; est longæua quædã animalia ad uitã cõferre longæuã: si tamẽ huiusmodi carnes iuuenes comedant / similiterq; aliæ carnes uicissim sunto tum assæ tum elixæ. Cib9 esto duplus ad potũ. Panis duplus & sexquialter ad oua: triplus ad carnes: quadruplus ad pisces / herbas / fructus humidiores. Ne incipiat a potu mensa: neq; potus sit semel uberior. Semp stipticũ aliquid absq; potu uel modico sequatur mensam. Vbi cõplexio / ætas / locus / tẽpus ad calidũ siccum ue labit̃: tu quoq; paulisper ad opposita declinato. Vbi ad frigidũ / aut hũidũ / similiter ad opposita uergito. Vbi tẽperies / seruato tẽperiem. Ea tenus autẽ exercitationi quidẽ corporis est addendũ & animi detrahẽdũ: qua tenus epulis uescimur durioríb9 ad diuturnitatem uitæ aliqñ forsitã necessarijs. Mensę tibi sint in nouem diei horis / duę: & utrobiq; parcæ. Parcior uero cœna. Exercitationes corporis duæ ferme post digestionẽ primã ad sudorẽ quasi ꝓductæ. Somn9 quidẽ nocturn9 / quia semp est necessarius / semp bonus: Diurnus aũt / nisi admodũ necessarius / nunq; bonus.

Q; nõ sit utẽdũ alimẽtis quæ cito putrescũt: nec ĩ eiusmodi regionibus habitãdũ: Vinũ & triticũ præ cæteris eligẽda sunt: putrefactio & resolutio fugiẽda: Ca. vij.

a Nimalia uero quæcunq; in nostrã custodiã ueniunt / mundis electisq; alimentis nutrienda sũt antequ; uescamur. Atq; hæc & alia omĩa ex pascuis altioribus & odoriferis eligenda sunt. Inter hæc regulã ante omẽs ab Arnoldo philosopho cõprobatã / memori semp mente teneto: Animantes / herbas / poma / fruges / uina: ex altis odoriferisq; ut diximus regionibus eligere oportere: quas uenti temperati serenant: Suaues solis radij fouent: Vbi aquæ nullæ stagnant: Culta sterquilinio non pinguescũt: sed humore natiuo. Vbi etiã quęcũq; nascunt̃ / diu ꝑmanẽt incorrupta: Hic dumtaxat habitandũ est: his quoq; uescendũ. Neq; confidendũ ẽ / ex

alimētis quæ breui putrescunt/ humorē nos cōparaturos diuturnū & a putrefactione remotū. Necꝫ sperandum facile nos diu uicturos/ubi terræ fructus incorrupti diu nō cōseruant̄: V bi rari admodū homines sunt longæui. Quantū uero sit in loco uictuꝗꝫ discrimen: pomū declarat psicum: in psia quidē uenenū/in ægypto cordis amicū. Et hellebor⁹ in anticyra impune sumptus: alibi uero uenenū. Aristoteles habitationē eligit altā ad meridiē orientēꝗꝫ spectātem/sub aere subtili/nec humido: nec frigido. Et Plato longæuos in editissimis atꝗꝫ temperatis repperit regionibus. Deterrimū uero est stercorare agros/uel aquas stagnantes ex agris minime deriuare. Om̄ia em̄ illic citę corruptioni subiecta nascunt̄. Quãobrem eos nō uitupare nō possū/qui sapientē Hesiodū iccirco uituperant ꝙ in re rustica sterquiliniū prætermiserit. Sed ille prudens salubritati potius q̃ fertilitati consuluit. Satis autē ex lupinoꝝ fabarūꝗꝫ folijs tempestiue subuersis/agrū pinguefieri posse putauit. At uero si regiones humidiores īmundasꝗꝫ colere / & alimēta minime duratura sumere cōpellamur: eū quasi seruemus uictum/quē sub aere pestilenti medici mandauerūt. Qua de re in libro contra pestilentiā satis ægimus. Sūmatim uero suauibus & quodāmodo calidis utemur odorib⁹. Aloe rite præpata sæpe leuiterꝗꝫ purgabimur. Rite uero præpatā dicimus: si lota fuerit aqua rosacea/uel succo rosarū/aut si cū rosis recentibus cōtritisꝗꝫ fuerit pfecte cōmixta. Deinde addat̄ ei myrobalan⁹/ atꝗꝫ mastix/& forte rosa. Medicina hæc extra controuersiā mirabilis est ad cōseruandā diu/mentē sanā in corpe sano. Præterea corpus exercitabim⁹. Oportuno utemnr foco. Hoc puluere epulas cōdiemus/myrobalanorū emblicorū sit pars unciæ quarta: Sandalorū uero dimidia: cinamomi integra: octaua croci. Hoc itaꝗꝫ puluere rebusꝗꝫ simul acrib⁹ iminētē ex putridis alimētis & locis corruptionē forsitan inhibere poterim⁹. Meminerim⁹ autē: ubi mul

to plures putrefactione suffocationeq; quã resolutiõe / pe
reũt: ibi putrefactioni & suffocationi maxime resisten/
dũ: Vbi uero cõtra: uicissim uti cõdimentis aromaticis
& quodãmodo austeris (ut diximus) odoribusq; simili/
bus quouis tẽpore putrefactionẽ prohibet: Vngi oleo/
frigoris iniuriã: Vti lauacris ex aqua & oleo: resolutio/
nẽ ex labore uel calidis tẽporibus iminentẽ: Similit̃ os
aqua sæpe colluere: Succũ glycirhizæ uel saccharũ cry/
stallinũ ore tenere: Aqua rosacea multa / paucoq; aceto
rosaceo manus faciẽq; pfundere: Similibusq; odoribus
uti: Septima quaq; hora alimẽtis modicis recreari: Cor/
pore simul & animo conquiescere / calore uitato. Pluri/
mũ uero ĩterest quale sit uinũ & triticum / qbus assidue
uescimur. Hæc ergo sint talia / ut ultra annũ & potius ad
trienniũ integra pseuerent: Si modo incorruptibilẽ ex
ijs alimoniam sperare debemus. Vinũ siue albũ siue ru/
brũ sit / esto clarũ: suaue: stipticũ: odoriferũ: & qđ ĩdige/
at aqua. Nisi forte uinũ repereris / leue simul atq; dura/
bile: qđ rarissimũ esse solet. Qđ uero ualidius est / philo
sophus Isaach uinũ dicit esse uinosũ coctũ sole / uentisq;
purgatũ: Qđ aqua fontis puri tempari iubet: aliquãdiu
antea quã bibamns: ut pfectius misceat̃. Aquosũ uero ui/
nũ atq; debile ul' acerbũ: fugiendũ monet: utpote quod
intra uenas & mẽbra acidũ cito fiat / aut aliter putrefiat.
Vinũ quidẽ aquosũ putrefactioni subiectũ / si conserua/
ta eius substantia coctũ fuerit / hoc saltẽ erit utile: alioqn
nõ laudatũ: quod humorẽ corruptibilẽ nõ creabit: Sed
acumẽ eius aqua electa tẽperandũ erit. Vinũ uero qua/
le pbauimus / Isaach ex antiquorum sententia tiriacis ma/
gnis ĩquit esse psimile. Quod (ut diximus) tẽperatum/
habitudinẽ corporis frigidã calefacit / refrigerat calefa/
ctam / humefacit siccã / humidiorẽ uero desiccat / atq; (ut
Galienus ait) naturalẽ humorẽ recreat / calorẽ fouet / utrũ/
q; cõtempat. Miscere uero uinũ eiusmodi magis neces/
sariũ est iuuenibus: minus senibus: frigidis uero senibus /

minime. Frigida nanq; duraq; senectus (ut inquit Plato) ita mero feruet atq; mollitur: sicut uel igne ferrum: uel aqua lupini. Q, diximus per uinum opposita fieri / atq; dissidentia temperari: Scito etiam per glycirhiçam fieri: sed debilius: Fieri etiam p oleum rosaceũ: sed extrinsecus. Hæc ergo tibi familiaria sunto. Neq; diffidas qcquid & qualitate tẽperatũ est / & uirtute potens / posse reliqua tẽpare: sicut frigus alia frigefacere: Id ĩprimis habere tẽperamento Iouis: quo etiam saluberrima sũt. Sed de his alibi disputandũ.

De Dieta: Victu: Medicina senũ: Ca. viij.

q Vi septimũ iam septenariũ impleuerũt / qnquagesimũ attingentes annũ / cogitẽt Venerẽ qdẽ significare iuuenes: Saturnũ uero senes / atq; has apud astronomos stellas inter se maxime omniũ inimicas existere. Rem ergo Venereã Saturnij fugiant: quę iuuenibus etiã uitæ plurimũ detrahit. Nõ em̃ natis consulit: sed nascituris: ipsasq; etiã herbas statim ꝓducto semine siccat. Præterea frigus aereq; nocturnũ lœthiferũ sibi putent. Atq; eũ omĩno uictũ seruẽt: ex quo sãguinẽ plurimũ sperẽt / spirituq; q̃plurimũ: ex uitellis uidelicet ouoꝝ recẽtibus: uino aliquantũ quidẽ dulci: odorifero uero q̃plurimũ. Nam hic uitellus ꝓprie cordis sanguinẽ / uinũ præcipue spiritũ recreat. Carnibus electissimis coctuq; facillimis om̃i sũmatim utanť dieta / calidũ pariter & humidũ augente. Spiritũ odoribus præsertim uini assidue recreent. Vigiliã & inediã sitimq; deuitent labore rursus corpis atq; animi & solitudiuẽ & mærorẽ. Musicã repetant si forte intermiserint: nũq; intermittẽdam. Ludos quosdam & mores quoad decet olim ante actæ puericiæ reuocent. Difficillimũ nãq; ẽ (ut ita dixerim) reiuuenescere corpore: nisi ĩgenio prius repuerescas. Itaq; ĩ om̃i etiã ætate magnopere cõducit ad uitã nõ nihil puericię retinere / & oblectamẽta uaria semp aucupari. Longũ uero ꝓfusũq; risum minime: spiritũ nanq;

nimis ad exteriora dilatat. Sed redeamus ad senes. Hi præterea si frigeant, fomēta petant aromatica & calida simul atq; humida. Meminerint puerile nō esse, puerile illud Auicēnæ fomentum: factū quidē a Dauide: sed tardius forte factum. Fomentū seni mirificum: Medulla recentis adhuc calentis panis infuso maluatico uino cum puluere menthæ, apposita stomacho & sæpe ad olfactū adhibita. Nam & medulla eiusmodi etiā sola Democrito iāiam expiraturo retinuit spiritū quoad placuit fugitiuū. Præterea frictiōibus utanť leuibus: seu quādoq; lauacris nutrimentum ꝓuocantibus ad extrema. Nucleos ante oīa pineos uidelicet ablutos, familiares habeant. Hoc ēm nutrimentū medici ueteres senib⁹ aptissimū ꝓbauerunt. Calidum enim & humidū est & pingue: & omnē lenit asperitatē: atq; simul quod mirum ē dum naturalem humorē auget, interea superfluū desiccat: putridumq; expurgat humorē. Sūt qui nucleorum eiusmodi drachmā unam quotidie post cibos exhibēt senibus comedendā: Ego drachmā quoq; alteram ieiuno stomacho senibus exhiberē: uel recens, calens, auratum, pinucleatum. Componerē quoq; electuariuм hoc pacto. Sume amygdalarum dulciū mundarum uncias quattuor: tantundē eiusmodi nucleorum: pistaciorum duas: unā seminum cucumeris: unā nucum auellanarū mundarum: contunde, coque una cum cādidissimo saccharo: cui tamē addideris unā zinziberis recentis conditi drachmā, croci dimidiā: musci tertiā: ambrę tātūdē: Saccharū aq̄ melissæ, id ē citrariæ rosarūq; fūdito: Multa auri folia his adhibito. Huius ēm usu quotidiano, uitam senes ualidiorē longiorēq; cōsequenť. Possunt & i mēsa hoc accipe: & pluribus horis ante mensam. Vtili⁹ autē tunc erit: si quid albi odoriq; uini una cū cōfectione eiusmodi biberint. Tēporibus uero calidioribus saccharū rosaceū una cū auri folijs, & conditę myrobalani uitam senibus prorogabunt. Tyriacā nemo dubitat ad

idem humidis cōuenire personis atq; temporibus. De cuius usu satis in libro superiore dictū. Nemo etiam negabit his ꝓdesse admodū radices Inulæ/beeniasq; radices/albas similiter atq; rubeas: maxime uero recentes. Illam quidē ꝓ nutrimento: has etiā pro aromate: Et omnia simpliciter calida/hūidaq;/& aromatica simul & stiptica/simulq; pinguia. Certū est senes electo glycirhizæ succo familiariter uti debere. Tradunt eñ glycirhizam esse humani corporis calori pariter & humori ꝑsimilem: Præterea uariis senū morbis opitulari. Lac quoq; amygdalinū/& amidus cib⁹ familiaris esto/& saccharum atq; passulæ. Rasis Triferā ex myrobalanis indis/emblicis belliricis cōfectā. Item Myrobalanos indas cōditas saccharo/nō solum ad retinendā/sed etiam ad retardandam senectutē ualde ꝓbat. Auicenna laudat triferam myrobalanorū maiorē atq; minorē: Rursus confectionē de squama ferri/maxime uero auri. Iubet quotidie mandere myrobalanos præcipue chebulas rite cōditas ad differenda senectutis incōmoda.

De naturis Aromatum & Cordialiū necessariis: Et rursum qualis senū uictus: Ca.ix.

(f)Cito myrobalanis uarias inesse uirtutes: Vnam quæ mirabiliter supfluū exiccat hūorē/unde caniciem prohibet: Secundā quæ humorē colligit naturalē/& a corruptiōe simul/& inflāmatiōe tuet̃: unde uitam producit in longum: Tertiā/quæ stiptica aromaticaq; potentia/uirtutem & spiritū naturalem & animalem congregat/& fouet/& roborat. Hinc aliquis uitæ lignum in paradiso myrobalanum forte fuisse putabit. Simile quiddam ferme faciunt aurum & argentum/corallus/spodiumq;/& preciosi lapilli: quibus ꝓ aromatica ꝟtute facultatē afferāt illustrādi. Tu uero memēto aromatica tūc maxime ꝓdesse nobis ad uitā (ut sup̄ significauim⁹) quādo cū uigore quodā aromatico/hūida

sūt pariter atq; calida/lentoreq; pinguē habēt:cōmodū augmento: Quales sunt imprimis radices beeniæ albæ similiter/atq; rubētes:præsertim recentes. Aut saltē quando cū uirtute quadā subtili/odorifera/& acuta/substantiam densam habeant:& stipticā ualde ꝓprietatē: Qualis utiq; cōpositio inter cordialia frigida primū myrobalanis inesse uidetur/& succino. Deinde rosis & succo & semini citri. Tertio sandalis & coriādris/atq; myrto/cæterisq; similibus. Inter calida uero cordialia zedoarie: ligno aloes: citri cortici:& chariophilis:nucimuscatæ:maci:olibano:mastici:atq; doronico: Qualē etiā saluiæ experimur inesse. Tradunt ambrā/& muscū stipticā habere uirtutē. Zinçiber autē ob quandā eius humiditatem præsertim recens & conditū/senibus sæpe prodest. Sed hoc & chariophilus ꝓpter caloris uæhemētiā/caute uidet̃ accipiendū. Zedoaria quoq; caute/ tametsi tiriacæ similis iudicat̃:& stipticā simul atq; pinguē naturam habet/senibus cōmodissimā. Ambra ꝓpter calorē quasi tēperatū/tuto ferme sumit̃: Ac ꝓpter lentorē cum stiptica subtilitate mixtū/prærogatiuā habet ad uitā in membris & spiritibus confirmandam: Tum uero si ex ea fiat aqua/cutisq; laueт̃:digestionē quartā restituit: Ac morbos eius defectu contingentes expellit. Aromatica uero quæ subtilē admodū substantiā habent:qualem cinamomū/atq; crocus/cordialibus frigidis & durioribꝰ sūt miscenda. Nam aromatica si tantū calida subtiliaq; sint/& sola sumant̃/naturalem calorē nimis excitant/humoreq; dissoluūt: Necessaria tamē sunt/tum frigidioribꝰ & humidioribus epulis concoquēdis: tum cordialibus duris ad præcordia transferendis. Te nanq; latere non debet: humorē ipsum uitæ necessariū primas in corde sedes habere & arterijs uenisq; eiusdē: Quod Isaach ꝑspicue docet. Atq; ut Auicenna probat/hic humor naturali cæterorum membrorū humore frequenter irrigatur atq; fouetur. Quapropter cauendum est; ne membri ul

lius humor casu quopiam arefiat: multoq; magis/ne precordiorum humor cōminuatur. Atq; ut nutrimēta/uel fomenta/& cordialia oīa per angustos meatus ad praecordia latissime pferant: his insere crocū. Vt uero sistātur ibi/myrobalanos adhibe. Vt autē consequaris utrūq;: accipe inter calida muscum/atq; ambram: Inter frigida rosas atq; myrtum. Memento dulce maratrum senibus pfutu℞. Nam & nutrimentū per membra diffūdit: & qua facultate lac/eadem humorem auget naturalem. Vnde Diascorides maratro serpentes ait annuā exuere senectutē. Probamus & saluiā. Hæc eñ naturæ uirtutem temperatē calefacit/& firmat/paralysim propulsat. Probam⁹ & moderatū conditi zinziberis usum: Habet enim cum calore pinguedinem.

De auro & aureis alimentis & recreatione senum: Ca.x.

a Vrum oēs ante oīa probant/tanq; omnium rerum temperatissimū & a corruptione tutissimū. Soli quidem ppter splendorē/Ioui autem ppter temperantiā cōsecratū: ideoq; posse calorē naturalem cum humore mirifice temperare: humores a corruptione seruare: Solarem/& Iouialē spiritibus & mēbris inferre uirtutem. Verū tamen optant durissimā auri substantiā/subtiliorē facere/penetratuq; facillimā. Nouerunt eñ cordialia tunc maxime latentē cordis recreare uirtutem/quādo in eis attrahendis minime natura laborat. Vt autē minime fatigetur/uel subtilissima iā effecta/uel cum subtilissimis sunt exhibenda. Optimū fore putant/si absq; aliena permixtiōe aurū potabile fiat: Sin minus possit/contusum/& in folia redactum accipi uolunt. Aurum ferme potabile habebis (ut dicam) Collige flores boraginis/buglossæ/melissæ/quā citrariā nominamus: & quando luna leonē subit uel arietem/uel sagittariū/aspicitq; solem/aut Iouem: Coque cum candido saccharo/aqua rosacea liquefacto: & p qualibet un-

cia insere diligenter auri folia tria. Ieiunus cũ uino quodã aureo sume. Item aquã ex capone destillantẽ foco uł aliter cõsumpto una cum iuleb sume rosaceo: in quo auri folia quædã ante contuderis. Præterea in nitidissimã fontis aquã aurum extingues ignitũ. Cum eadẽ auri cõtundito folia. Eadẽ uinũ aureum tẽperato: & una cum eiusmodi potu comedito recentẽ oui uitellum. Facile uero in tota corporis arbore seruabis humorẽ/si in radicibus conseruaueris. Accipe igiť gallinaꝝ/ & pullorum eiusmodi atq; caponum cor/iecur/stomachum/testiculos/cerebellum: Coque aqua modica: minimo sale. Cocta contunde ex tota carne & toto iure & saccharo: addito recentis oui uitello: fac placentã modico cinnamomo crocoq; conditã/& auratam. Hac uesceris esuriens semel/saltẽ quarto quoq; die: Et tunc quidẽ sola/claro tamen ad potũ addito uino.

De usu lactis sanguinisq; humani ꝓ uita senũ: Ca. xj.

S Aepe post decimũ statim & nõnũq; post nonũ septennarium arbor humana arefacto paulatim humore tabescit. Tunc primũ humano iuuenilíq; liquore irrigãda est hæc arbor humana: quo reuirescat. Eliges ergo puellam sanã/formosam/hilarem/temperatam/& famelicus lac eius sugito crescente luna: statimq; comedito maratri dulcis modicũ puluerẽ sacchаro rite confectum. Saccharum quidẽ lac in uentre cogi uel putrefieri nõ ꝑmittet: maratrum uero cum & subtile sit/& lactis amicum/dilatabit ad mẽbra. Quos hectica senilis exedit/medici diligentes liquore humani sanguinis qui arte sublimi destillauit ad ignẽ/reficere moliunť. Quid ergo ꝓhibet quo minus senio iam quasi cõfectos interdum hoc etiam potu reficiamus? Comunis quædam est/& uetus opinio: aniculas quasdã sagas: quę & striges uulgari nomine nuncupanť: infantiũ sugere sanguinem: quo pro uiribus iuuenescant. Cur nõ & nostri senes omĩ uidelicet auxilio destituti/sanguinẽ ado-

lescentis sugant? uolentis inq; adolescentis/sani/læti/ tẽ
perati: cui sanguis quidẽ sit optimus /sed forte nimius:
sugẽt igitur more hirudinũ ex brachij sinistri uena uix
aperta/unciã unam aut duas. Mox uero sacchari uiniq;
tantundem sument: idq; esurientes/& sitibundi facient
crescente luna. Si crudus ægre concoquit: coquatur pri
us una cum saccharo: uel ad aquã calidam moderate de/
stillet saccharo mixtus: Deinde bibatur. Fouere quoq;
stomachum tunc sanguine suillo præsens auxilium est:
Quem utiq; sanguinẽ e uena suilla fluentẽ spongia calẽ
te uino madefacta combibat: & stomacho statim calens
admoueat. Galienus atq; Serapio morsum rabidi canis
sanguinis canini potu curari dicunt. Rationẽ uero illis
assignare nõ placuit. Ego igitur biduũ eam quæritans/
opinor deniq; saliuã canis rabidi uenenosam impressã
hominis pedi læso/per uenas paulatim ad cor ascende
re/more ueneni/nisi quid interea distrahat. Si igit inte
rim canis alterius sanguinẽ ille biberit: sanguis ille cru/
dus ad multas horas natat in stomacho/eum deniq; ue/
lut peregrinũ deiecturo per aluum. Interea caninus san/
guis iste saliuam caninã superiora membra prensantem
prius q̃ ad præcordia ueniat/deriuat ad stomachũ. Nã
& in canino sanguine uirtus est ad saliuã canis attrahen
dam: & in saliua uicissim uirtus ad similem sanguinẽ ꝓ/
sequendum. Venenũ igitur a corde semotum/sanguini
q; imbibitũ ĩ aluo natãti/una cũ sãguine p ĩferiora dedu
cit: hominẽq; ita reliqt incolumẽ. Quorsũ hæc? Primo
quidem ut rei tam occultę/succurentem inter disseren/
dum causam aperuerim. Deinde ut moneam/sanguinẽ
potari posse/& quidem salubriter: Atq; in sanguine hu/
mano uirtutẽ esse: qua humanũ sanguinem attrahat &
mutuo ꝓsequatur. Ne forte diffidas iuuenilẽ sanguinẽ
a sene bibitum trahi ad uenas/mẽbraq; posse ibiq; pro/
desse q̃plurimũ:

De Dięta/Habitatione/Consuetudine senũ: Ca. xij.

# Liber secundus

m Eminisse decrepitos expedit/naturā debilē nō
esse nutrimentorū pondere fatigandā : uel etiā
epularum diuersitate nimia distrahendam. Nā
& iuuenilis ętas hoc uitio fit cito senilis. Diuidant ergo
mensas:nec tam multa naturam alimonia q̄ frequēti re/
ficiant/interuallo tamē interim ad digestionē dato. Nā
sæpe etiam postq̄ stomachus ipse concoxerit:nisi & ie/
cur quasi digesserit/sumere nutrimentū/naturam distra
hit/atq; fatigat:qua quidem lassitudine sæpius frequen/
tata/aduolat ītempestiua senectus. Senes hyeme uelut
oues aprica petant:æstate uelut aues amœna riuosq; re/
uisant. Frequenter inter uirentes uersent̄ plantas:& su/
auiter redolentes:Hæ nāq; uiuentes/spirantesq; conspi
rant ad spiritū hominis augēdū. Ad loca uero cōmuni/
ter apibus amica confugiant. Mellaq; hyeme degustēt.
Mel em̄ cibus est senibus imprimis amic⁹ : nisi ubi bilis
timet̄ incendiū. Amicus caseus recētissimus. Amici da/
ctili:ficus:passulæ:cappes:dulcia punica:zinziba:hyso/
pus:scabiosa:bectonica:sed pistacia m̄lto magis : Pinei
uero nuclei maxime omniū/sicut dixim⁹: Ex quib⁹ plu/
rimū referent adiumentū/si eos horas duodecim ī aqua
paulum calida teneant prius q̄ edant. Sic em̄ stomacho
nō nocebūt. Ac præterea/si dum his utunt̄/etiam inter
pineta & oliueta uitesq; uersent̄:aut saltem pini uaporē
accipiant/& odorē. Itē gummi lachrymoq; pini cū oleo
uel uino/corpus sæpe deliniant. Probabile em̄ est arbo/
res longa naturaliter uita dotatas præsertim si etiā hye/
me uirescant ad longam tibi uitam/umbra/uapore/no/
uo fructu/ligno/& tēpestiuo quolibet usu ꝓdesse. De
animalibus autē longæuis supra diximus. Iam uero ad
idem tibi forte conducet:si uiuas plurimū penes eos/ q
sani/tibi sano natura sint similes & amici: Ac magis for/
san si paulo iuniores. Vtrū uero/& quō frequens adole/
scentum consuetudo parumper senium retardare uale/
at/pudicus Socrates consulendus.

Quæ adminicula senes a planetis accipiant ad omĩa mẽbra fouenda: Ca.xiij.

u Erũ cõsulite potius solliciti senes Apollinẽ: qui Socratẽ græcorũ sapientissimũ iudicauit. Cõsulite Iouẽ insup / atq; Venerẽ. Phœbus ipse artis medicinę reptor / nucẽmuscatã uobis fouẽdo stomacho dabit: Iuppiter cũ phœbo / masticen / atq; menthã: Ven⁹ uero corallũ. Fouẽdo rursũ capiti: Phœbus peoniã / tus / amaracũ & cũ saturo myrrhã: Spicã nardi macẽq; Iupiter: Ven⁹ deniq; dulce maratrũ atq; myrtũ. Ad cor vero fouẽdũ accipietis a Phœbo qdẽ citrariã. crocũ / lignũ aloes / tus / ambrã / muscũ / doronicũ / modicũ chariophilum / citri corticẽ / cinnamomũ: Ab Ioue liliũ: buglossam: ocimũ: & menthã: beeniasq; radices / & cãdidas pariter & rubentes: A Venere sola quidẽ myrtũ / & sandalũ / atq; rosam: Vna cũ Saturno coriandrũ. Hæc uos cõtũdite diligẽter: Et quæ stomachi sunt / cydoniorũ oleo i formã ceroti cõficite: Quæ uero capitis: oleo spicæ pfundite / ac illinite ceruicẽ / tpa / frõtẽ. Quæ deniq; cordis: aureo uino spargite / aquaq; rosacea: Eaq; foris præcordijs admouete. At iecur imprimis creãdo sanguini necessariũ nescio quõ pretermisimus: Huic ergo semper eupatorio & opobalsamo Phœbus opitulabit. Pistaceis Iuppiter: atq; passulis: Venus autẽ epatica: endiuia: spodio: cicorea. Lieni tandẽ fouẽdo Saturn⁹ ille uester: una cum Ioue capparim dabit uobis scolospendriã / tamariscum: Sicut uessicã Iup piter / cũ Venere. Pina: glyzirhiza: amido: cucumeris seminibus: malua: altea: manna: casia: curat. Saturnũ uero uerendũ pluribus: ne adeo uos fugite senes. Hic em̃ q̃ pegrinus est iuuenibus / tã uobis domesticus erit. Vt igit̃ totũ ipse quoq; uobis corp⁹ uegetet pro uiribus / atq; cõfirmet: accipietis nõnũq̃ ab eo regnãte pariterq; a Phœbo mumiã simul: & anseris assi pulpã: hæc anseris adipe modico delinite: Cõtundite diligenter. Myrobalanorũ chebularũ atq; indarũ melle conco-

pro stomacho [illegible]

qte: Ambra, musco, croco cõdite. Ante oĩa uero hæc uobis ꝓfutura cõfidite: Credentes medicinarũ ad uitã cõferentiũ, uitã esse fidẽ. Qua speretis, & deũ supplicã/tibus uobis adspiraturũ: Et res ab eo creatas: præsertim cœlestes mirificam ꝓculdubio ad augendã uel conser/uandã uitã, habere potentiã.

De Cõfabulatiõe senũ sub Venere ꝑ uirẽtia ꝑta: C. xiiij

[s]Ed a grauioribus his numinibus, ad Venerẽ pa/rũper uos ꝑ hortos & prata senes uirentia reuoco. Ad almã Venerẽ uos oẽs aduoco. Non ludentẽ quidẽ uobiscũ: sed iocantẽ. Hæc & uobis inq̃, & mihi iã seni. Primo quidẽ iocosũ hoc fundit oraculum. Ego filij (si nescitis) uoluptate motuq; uobis uitã dedi. Ego igiť uoluptate quadã motuq; & si non simili uobis seruabo uitã. Eandẽ quoq; ꝓuabit libertate Liber, uitis sator, ꝓpagator uitæ. Liber ipe semꝑ odit seruos: & quã uino ꝓmittit uitã, solis liberis implet longã. Meæ quidẽ uitæ simul, atq; menti quondã ꝓfuit regnãte Saturno diminuta mẽtha, placetq; quotidie. Vobis autem maior mẽtha menti uitæq; ꝓdest. Diminuta nocet. Risum ex meis hortis legite. Negligite ficũ. Has uero uiolas quã/do carpitis, carpe uos existimate lilia: prehẽdẽtes liliũ, cõphendere crocũ. Crocũ a Phœbo Iupiter ipse nact⁹ ꝓpagauit in liliũ. Liliũ ego a Ioue suscipiẽs, in has, quas hic uidetis uiolas, transformaui. Deniq; rosa quidẽ uo/bis esto lucifer: Hesperus uero myrtus. Post oraculũ nobis cogitãdũ, mãdat, rerũ uiridiũ naturã: quaten⁹ uirẽt, nõ solũ esse uiuã: sed etiã iuuenilẽ: humoreq; ꝓrsus salubri, & uiuido quodã spiritu redundãtem. Quapropter odore, uisu, usu, habitatiõe freq̃ẽti iuuenilẽ inde spiri/tũ nobis influere. Inter uirẽtia uero deambulantes inte/rim causam ꝑquiremus: Ob quam color uiridis uisũ prę cæteris foueat, salubriterq; delectet. Inueniemus tandẽ naturã uisus esse lucidã: ac lucis amicã: Volatilẽ tñ, ac facile dissipabilẽ. Iccirco dũ ꝑ lucẽ se dilatat, uelut amicã,

interdũ nimio lucis excessũ rapi ꝓrsus: & uæhemẽti di/
latatiõe dissolui. Tenebras autẽ naturaliter uelut inimi
cas fugere: ideoq; radios in angustum inde retrahere.
Optat uero uisus ita pfrui lumine/ut p amicũ hoc suum
amplificet̃ qdẽ: nec tñ interim dissipet̃. Iã uero in quo/
cũq; colore plus admodũ tenebraꝝ/siue nigredinis ẽ q̃
lucis: nõ dilatat̃: nec ideo delectat̃ radius uis⁹ ad uotũ.
Vbi uicissim plus admodũ splẽdidi coloris est q̃ nigri/
spargit̃ latius/noxia quadã uoluptate distractus. Quã/
obrẽ color uiridis maxie oim nigrũ cũ cãdido tẽpans/
præstat utrũq;: delectãs piter/atq; cõseruãs: Et molli isu
per & adhuc tenera q̃litate sicut & aqua radijs oculorũ
absq; offensione resistit: Ne abeũtes longius dispdant̃.
Quæ em̃ dura sũt simul & aspa/frangũt quodãmodo ra/
dios. Quæ uero rarissima sũt/dissolutiõi aditũ patefaci/
unt. Sed quæ soliditatẽ aliquã habẽt: leneq; simul æqua/
litatẽ/sicut specularia corpa/nec ipa quidẽ frangũt: neq;
lõgius dispdi pmittũt. Quæ deniq; præter hæc bñficia/
tenera quoq; sunt & mollia/sicut aq̃ resq; uirides/ liqdis
oculoꝝ radijs mollicia blãdiunt̃. Deniq; uisus radi⁹ qdã
est in quadam oculoꝝ aqua naturaliter nobis accensus:
Ac tẽperatũ lumẽ in aqua quodãmodo resistẽte reqrit.
Itaq; gaudet aqua. Delectat̃ speculis aquæ similib⁹. Vi/
ridibus oblectat̃. In qbus sane uiridibus solis lumẽ insi/
tũ/adhuc uernũ secũ habet hũorẽ/aquãq; subtilẽ occul/
to quodã lumie plenã. Ex quo fit etiã: ut color uiridis cũ
tenuat̃/in croceũ resoluat̃. Quorsũ hæc? Vt itelligam⁹
freqntẽ uiridiũ usũ/ siqdẽ uisus spiritũ recreat: qui i ani/
mali spiritu quodãmodo præcipuus est/animalẽ quoq;
reficere. Atq; etiã meminerimus: si color uiridis: quia i/
ter colorum gradus/medius atq; tẽperatissimus est/tan/
tum animali spiritui prodest/multo magis quæ per qua/
litates temperatissima sunt/naturalem & uitalem spiri/
tum iuuatura: atq; admodũ profutura nobis ad uitam.
Nihil in mũdo tẽperatius est q̃ cœlũ: nihil sub cœlo fer/

aqua

me tẽperatius est q̃ corpus humanũ. Nihil ĩ hoc corpore tẽperatius est q̃ spiritus. Per res igiť tempatas uita p manens in spiritu/recreať. Spiritus p tẽpata cœlestibus cõformať. Deniq; discamus ex tẽperie uiridis/quæ illuminãdo/æque cõgregat aĩalẽ spiritũ/atq; dilatat: ideoq; maxĩe iuuat/nos quoq; in cordialib⁹ eligendis/cõponẽdis/utẽdis/arõatica subtilia & acuta/q̃ spiritũ extẽdere/uel etiã illuminare solent: qđ facit crocus atq; cinnamomũ/cũ aromaticis semp stipticis cõgregãtibusq; ceu myrobalanis & similibus commiscere. Atq; uicissim. Neq; prætermittere: quæ absq; acumine etiã aromatico/simĺ utrũq; cõficiũt. Aliquantũ uidelicet dilatant: atq; admodũ cõgregãt: multũq; illuminãt: quæ & alias narrauim⁹: quod efficit aurũ/argentũ/spodiũ/corallus/electrũ/sericũ/preciosi lapilli/inter quos hiacynthus/uel ore detentus ob iouialẽ temperiẽ plurimũ comprobať. Cũ enim sub terra nequeãt speciosissima & quasi cœlestia ꝓcreari absq; sũmo quodã beneficio cœli: probabile est rebus eiusmodi mirificas cœlit⁹ inesse uirtutes. Cõpositio ꝟo eiusmodi/quæ dilatãdo/& illuminãdo spiritũ æque congregat/ita delectat eũ ĩtrinsecus atq; recreat/sicut foris uiriditas ocłos: atq; ipsũ etiã apud senes in naturali quadã uiriditate diutissime seruat: quasi laurũ/oliuã/pinũ/etiã hyeme uirentẽ. Tãtoq; magis id efficit/quo efficit & interius: atq; maxime: si cõpositio talis aromatico flagret odore/alliciatq; sapore. Profecto sicut corpus/ex crassioribus humorũ ptibus cõpositũ in quintã redigiť formã: ita spiritus ex subtilissimis eorundẽ portiõib⁹ cõstitut⁹ formã habet qntã naturaliter tẽpatissimã/atq; lucidã: ideoq; cœlestẽ: Atq; in hac ipsa forma cõseruãdus est/ut subtilis quidẽ sit: & interea firmus sicut diximus. Sit omĩno lucid⁹: sed etiã quodãmodo solidus. Ac præterea rebus odoriferis/firmis/lucidis/assidue foueatur/si uitã cupimus cõseruare/quæ uiget in spiritu/& uẽdicare nobis cœlestia dona. Hæc hactenus iussu Veneris

contemplati/Venerem ipsam audiuisse putemus.

Q: Mercurius alloquatur senes: & cōsulat eis circa uoluptatem: Odores: Cantus: Nedicinas: Ca.xv.

i Nterea dum inter senes ipsa quasi Venus confabularetur: forte quidem hactenus satis belle. Deinceps uero ꝓlixius forsã fabulatura foret. Sermonē hunc his Mercurius uocibus/sermonum auctor interpellat: Quid nam uobis est cum Venere isthac semper puella senes? Quid rursum Veneri cum sermonibus? Nonne mei simul atq; uestri sunt sermões? Mea ratio pariter/atq; uestra. Audite me igitur eadē nunc attentione/qua illam/& multo maiore insuper attentione q̃ Venerem. Quinq; scitis esse sensus: Visum/auditũ/olfactum/gustũ/tactum. Esse rursum quinq;(ut ita dixerim) discite rationes. Dum enim per quinq; sensus quotidie imbuitur uobis animus/ ratiõesq; inde rerum ipse concipit: interea notiones habitusq; ad res iudicandas quinq;/tanq̃ rationes quinq; resultãt. Preterea sicut quinq; hinc quidem sunt sensus: inde uero quodãmodo rationes: ita uitæ tenor quinq; gradib⁹ circa sensum rationemq; disponitur. Vnde quinq; numerantur ætates. Prima quidē sensu tãtum trahitur. Secunda: sensu magis admodũ allicitur q̃ ratione ducat̃. Tertia: post hęc alternis pariter rationis/& sensus persuasionibus agitur. Quarta: ratione potius q̃ sensu ducitur Quinta: tandem ratione tantum regi debet. Prima igit̃ ætas/atque secũda tanq̃ subiecta Veneri/Venerem si placet loquentē audiat: Reliquæ uero Mercuriũ. Ego igitur reliquos uos omnes alloquor: non pro me quidē tantum: sed pro Diana etiam hac: quã ad sinistram meã cernitis. Nempe cũ hęc elinguis sit: Ego uero bilinguis: iure pro hac ipsa/cuius ego linguã habeo/ loquor. Vnã ꝓfecto noxiamq; Venus uobis indidit uoluptatē: qua noceret quidē uobis: ꝓdesset uero futuris: exhauriens paulatim uos per latentem quandam quasi fistulã: Ali

udqꝫ uestris liquoribus implens/atqꝫ ꝓcreans: uos tan-
dem quasi uetustum quoddā spoliū cicadaꝝ iā exhau-
stum humi relinquens: Cicadæ interim teneriori ꝓspi-
ciens. Nonne uidetis q̄ Venus de materia uestra ge-
nerat esse recens quiddā & uiuū/sensuqꝫ prēditū? Sur-
ripit ergo uobis iuuentutē/& uitā atqꝫ sensum / ex toto
inquā corpe p totius uoluptatē: ut efficiat inde totum.
Ego interim materiæ illius quæ quartæ digestioni sup-
est qualitate monitus/uos cōmoneo/alimenta similiter
quarta digestione cocta plurimū uitæ uestræ succurre-
re: Ouū recens uidelicet integrū & sorbile una cū sacha
ro/exiguoqꝫ croco: Lac humanū uel suillū uel caprinum
cū pauculo melle sumptū. Atqꝫ hęc duo tunc salubriora
sunt/quādo natiuo adhuc calore flagrāt: Etsi ouū aliam
mox cocturā desiderare uidet̃: prēsertim in stomacho
minus ualido: Sed leuiter est coquendū. Verū ut parūp
ad Venerē redeamus. Siquādo uidistis Venerē / iuue-
nilem admodū uidistis / & quasi meretricijs fucis & or-
natibus expolitam. Hęc ergo/quæ noua semp est/noua
semp affectat/odit uetera: Facta destruit/unde constru-
at facieda. Hęc rursum (si dictu fas ē) quasi meretrix nō
uno quouis ē cōtenta uiro. Vulgus amat. Et ut dialecti-
ce loquar/speciei passim potiꝰ q̄ indiuiduo suffragatur.
Iam uero neqꝫ tactu tantum uos prēcipitat: sed etiā gu-
stu/fallit quotidie/pditqꝫ decēptos. Quos eñ uos in re-
bus sapores percipitis mediocri quadā tēperie gratos/
hos Diana hęc Apollinis Iouisqꝫ munere tradidit. Illece
bras uero saporum miras/quibus quotidie uelut hamo
capti clam miseri uitā perditis/Venus insidiosa fabri-
cat. Quid igitur Martem incusatis? Quid Saturnum?
Mars quidem raro admodum uobis palamqꝫ nocet. Sa
turnus quoqꝫ sēpius uultu se profitetur hostem: nocet
tardius: tempusqꝫ remedijs nulli negat. Sola Venus pa-
lam ut amica uenit/clam inimica uenit. Hanc igitur in-
cusate potius/siquem inter superos incusare licet. Ad

multiplices hui⁹ insidias/tũ oculis Argi uosipos instrui/te:tũ Palladis clypeo uos munite. Aures aũt ad blandas pollicitatiões eius tanq̃ ad lœtales sirenũ cãtus obstru/ite. Hunc deniq; ꝓuidentiæ florem a me accipite: quo Circes huius ueneficia deuitetis. Hęc uobis duas uix tandem & has quidẽ lœtiferas pollicetᷣ uoluptates/ po/tius q̃ largitᷣ: Ego uero beneficio patris atq; fratris qnq; ꝓmitto uobis:quinq; prẹsto: puras/ꝑpetuas/salutares: quarũ infima est in olfactu:superior in auditu: sublimi/or in aspectu:eminẽtior in imaginatione: in ratiõe ex/celsior atq; diuinior. Quo maior delectatio in tangẽdo ꝑcipitur/atque gustando:eo uitę grauius frequẽter ac/cidit detrimentũ: Contra uero quanto maiorem in ol/factu uoluptatem & auditu/atque uisu:Item imaginati/one & sępe ratione quotidie reportatis: tanto fila uitæ longiora ꝓducitis. Verum sicut in blandimentis tangẽ/di/ atque gustãdi cauendam uobis subdolam admonui Venerem:sic in ipsa secretiore nimisq; assidua contem platiuæ mentis delectatione cauete Saturnum. Illic eñ frequẽter filios ipse suos deuorat. Nam quos sublimio/rum contemplationũ suarũ rapit illecebris/& illic agno/scit ut suos:hos interim si modo diuti⁹ gradũ ibi sistant/ falce quadã e terris amputat:terrenãq; incautis uitã sę/pe surripit. Hoc saltẽ Venere interim indulgentior: qđ Venus quidẽ uitam/quã tibi detrahit/ donat alteri: ni/hil tibi pro detrimento restituens. Saturnus aũt pro ui/ta terrena/a qua sepatus ipse/te deniq; separat / cœlestẽ uitã reddit/atq; sempiternã. Hocipso similes esse uidetᷣ inter se Venus atq; Saturnus/ qui sane q̃ aquario gau/det/tam regnat in libra/ꝙ hoĩes & hic & illa generandi libidine uexat: nocetq; uexatis/ut inde posteritati ꝓ/sit. Sed hęc quidẽ fęcundat corpus/stimulatq; fęcundũ: Ille mentẽ suo semine grauidã urget ad partũ. Vos igitᷣ ꝓuerbij memores/Ne quid nimis/assiduis prudẽtiæ frę nis parturiẽtis utriusq; libidinẽ cohibete. Tametsi mul/

to citius grauiusq; ille lędit/quos tędio/torpore/mæro-
re/curis/superstitiōe premit/cq; quos supra uires corpo-
ris moresq; mortaliū eleuat ad excelsa. Omnino uero
seruate moneo quod ęquus Iupiter Pythagoram docu-
it/& Platonem: humanam uitam in quadam æquali ani-
mæ ipsius cum corpore ꝓportione seruari: Vtrunq; su-
is quibusdam alimentis & exercitationibus ali ac simi-
liter augeri. Siquis alterutrum educatiōe pręcipue sua/
multo robustius altero tandem efficit: non mediocrem
facit uitæ iacturā. Propterea quicūq; inter res medico-
rum arte laudatas potissimum eas eligit/quæ corpori
simul & ingenio ꝓsunt/maximū uitæ sibi uendicat ad-
iumentum. In earum uero numero uinum/menthā/my-
robalanum/muscum/ambram/zinziber recens/tus/alo-
em/hiacynthum/similesq; lapillos/herbasue cōsimiles
esse putate/& quæ ad utriusq; utilitatem a medicis pari-
ter cōponuntur. Sed longioribus his quandoq; interce-
ptis ambagibus: Ego quoq; medicus huc accessi. Si sa-
pores ex rebus accepti non ultra uiuētibus: Item odo-
res ex aromatibꝰ iam siccis/uitaq; uacuis/multum ad ui-
tam conferre cēsentur. Quid nam dubitatis odores ex
plantis radicibus adhuc suis hęrentibus/uiuētibusq; mi
rū in modū uitæ uires accumulaturos? Deniq; si uapo-
res exhalantes ex uita dumtaxat uegetali magnopere
uitæ uestræ ꝓsunt/quantū ꝓfuturos existimatis cātus/
aerios quidē/spiritui prorsus aerio harmonicos harmo
nico/calentes adhuc/uiuosq; uiuo/sensu pręditos sensu-
ali: ratione conceptos rationali? Hanc ergo uobis a me
fabricatā trado lyrā/cātūq; cum ipsa Phœbeum/solamē
laborum/diuturnæ uitæ pignus. Sicut enim res qualita-
te tēperatissimę simulq; aromaticæ/tum humores inter
se: tum spiritū naturalem secum ipso contemperant: Sic
odores eiusmodi uitalem spiritū: sic rursum similes q̄q;
concentus spiritū animalē. Dum igitur fides in lyra so-
nosq;/dum tonos temperatis in uoce: similiter spiritum

uestrũ intus contẽperari puate. Ac ne ipse Venere sim auarior/quæ sine Baccho friget/ab hocipso Libero patre per me nectar hoc accipite. Qui pręcipue inter uos frigent/tẽporibus similibus/bis septimo quoq; die uncias uernacei/uel maluatici dulcis meri duas sumãt cum una panis uncia/tribus ante mẽsam horis: Semel autem drachmã unam sublimis aquæ destillantis ex uino cum iuleb rosacei semuncia. Quo quidẽ liquore illinire etiã cutem/& ad olfactũ uti cõmodissime possunt. Atq; ut post eiusmodi nectar ambrosiã quoq; uobis afferã. Hãc insup accęptã ab Ioue largior medicinã. Quattuor myrobalanorũ uncias accipite chebularũ: Tres rosacei sacchari: Conditi zinziberis hyeme quidẽ unciam: æstate uero semunciã. Tria hęc cum emblicarũ melle concoqte suauiter: septẽq; auri folijs exornate. Ieiuni bolũ ante prandium quattuor horis accipite. Anno saltẽ integro quotidie id assumite: Vt inde uelut aquilæ renouet̃ ur̃a iuuẽtus. Hactenꝰ quasi Mercuriũ locutũ existimemꝰ.

De confirmatiõe superiorũ: & ꝙ deuitare debeamus assiduam cogitationẽ & coitum: Ca.xvj.

a Strologi Venerem & Saturnum inimicos inuicem esse ferunt. Cum uero in cœlo ubi omnia amore mouent̃/ubi defectus est nullus/odium esse nequeat/inimicos/id est effectu diuersos interpretamur. Mittamus in pręsentia reliqua. Ecce nũc Saturnus quidẽ nobis in centro: Venus autẽ in circũferentia posuit uoluptatẽ. Voluptas uero spirituũ esca quædam est. Igitur ex opposito Venus/atq; Saturnus spiritꝰ nostri uolatũ aucupant̃. Illa per uoluptatẽ suã allicit ad externa: Hic interim per suã ad intima reuocat. Distrahũt itaq; spiritũ si ferme eodẽ tpe moueant/atq; dissipant. Quamobrẽ nihil contemplatori uel curioso pestilentiꝰ ꝙ̃ Venereus actus: nihil uicissim hunc sectanti alienius ꝙ̃ cura & contemplatio esse potest. Contẽplatorem uero physicum/religiosumq; eodem in gradu connume-

ramus. Et gradu simili quemlibet in negocijs suis ualde cogitabundum, grauibusq; curis obnoxium. Hinc rursus efficitur, ut si quem Saturnia, uel contemplatiōe nimium occupatum uel cura pressum: leuare interim & aliter consolari uelimus, per Venereos actus, ludos, iocos id tentantes tanq; per remedia longe distantia, frustra atque etiam cum iactura conemur: atq; uicissim si quem uenereo, uel opere ꝑditum, uel ludo iocoq; solutum moderari uelimus, ꝑ saturniā seueritatē emendare non facile ualeamus. Optima uero disciplina est: ꝑ quędam Phœbi Iouisq;: qui inter Saturnum Venereq; sunt medij, studia similiaq; remedia homines ad alterutrum declinantes ad medium reuocare. Sed ut tandem sim⁹ medici: sicut flamma duobus cōmuniter modis uiolentis extinguitur: aut uelut difflata uentis: aut contra quasi compressa cineribus: Sic spiritū uel celeriter effectu Venereo dissipamus: uel sensim Saturnio suffocamus: ac sępe exprimimus comprimendo, pariterq; resoluimus. Spiritus utiq; frequēter ad extima uolans, intima reddit uel uacua, uel aliena uitæ: Sed ad intima sępe coactus cętera circum membra pręstat uitæ min⁹ idonea. Citam igitur senectutem, tum Venus interioribus nostris, tum Saturnus exterioribus infert. Venus quidem pręcipue: ubi ex quouis eius motu facile corpus debilitatur atque labascit. Saturnus quoq; potissimum: quādo ex quocunq; contemplationis officio, uel curæ labore, ingenij corporisq; uires labefactantur. Et si uel qui ad contemplationem: uel qui ad libidinē natus est, plęrumq; ad suum uterq; officium est natura fortissimus. Natura enim sępe coniungit cum uoluptate simul & facilitate potētiam. Vnusquisq; igitur se cognoscat: suiq; ipsi⁹ moderator, ac medicus esto. Coitū quidē frequentaturi cęteros cōsulāt. Ego uero exercitaturis ingeniū libro etiā supiore cōsului. Deniq; omī dięta oībus remedijs uti debēt, qbus mēbra, spūs, sensus, ingeniū, memo

ria cõfirment: Cogitationes ꝑ interualla repetere: Nec expectare uel minimũ ex cogitatione laborẽ: Maxime uero cũ primũ canescũt: ꝗuis nõnulli sint qui nõ tã debilitate naturæ / uidelicet adhuc iuuenes canos emittunt / ꝙ uel ægritudine / uel ægrotatione aliqua pręcedente: aut etiam parentum similitudine / a quibus scilicet iã canescentibus fuerint generati.

De medicinis senũ: Et de habitatione iterum atq; diȩta: Caplm. xvij.

c Haldȩorum regula est forte ꝓbanda / ad iuuentutem recuperandã: ꝑegrinos humores imbibitos corpori / expurgare gradatim / tũ interiores / cõpetentibus medicinis: tũ exteriores / frictionibus & lauacris ꝓuocationibusq; sudoris: Intereaq; salubribus / duraturisq; alimentis paulatim corpus implere. Sũt aũt q trochiscis qbusdã ex uipera factis / uel helleboro prȩparato ꝓmittũt hũores oẽs ueteres putridosq; prorsus educere: Quib⁹ expurgatis & hũore rursũ saluberrimo alimẽtis salutarib⁹ recreato / restituere iuuẽtutẽ. Et q cautiores sunt / helleboro gallinas pascũt: hoĩem uero gallinis. Eiusmodi uero curationem tanq; periculosam in iuuentute arbitror potius ꝙ in senectute tentandam: Ne forte iuuentutem illam a Medea Peliæ seni promissam experiamur. Nam & iuuenes medicinis exquisite purgantibus cito senescere Hippocrates asserit. Sed ubi diȩta non sufficit / clystere uel mãna / uel aloe prȩsertim lota securus uteris. Si tibi sit aluus astrictior / manna cũ iure caponis / myrobalanique uirtute: Sin minus / hac te iuuenem etiam in senectute purgatione seruabis. Sume unciam lotæ aloes unam / myrobalanorum emblicarum drachmas duas / chebularum quoque tantundem / duas item rosarum purpurearum / masticis quoq; tantundem / maluatico uino confice pilulas: quando Luna fœliciter collocata / ꝓpitio fruitur Iouis aspectu / prȩsertim si domicilia fixa possederit uel ipsa / uel Iuppiter.

Hęc enim ad diuturnitatem uitæ magnopere cõferũt. Potes etiam utiliter reubarbarum hic cum aloe componere scilicet dimidiam aloes partem: dimidiam reubarbari. Et quotiens opus fuerit/unam mane sumere pilulam ad tres usq; uel quinq;/ modicumq; insuper uinum bibere. Vbi uero pituitam magis times/potes cõmode in his pilulis trochiscorum agarici tertiam partem accipere una cum tertijs aloes duabus/dimisso reubarbaro. Sed primam illam ego iam multis annis pilularum compositionem omni ætati experior esse tutissimam. Eadẽ hora confectionem eiusmodi facito. Sume myrobalanorum emblicarum / belliricarum/ indarum/chebularũ unciam uniuscuiusq; unam: cinnamomi uero duas: unã quoque doronici: rosarum purpurearum unam: sandalorum rubeorum duas: unam croci drachmam: tertiam drachmæ partem musci: ambræ tantundem. Candidũ post hęc cum aqua rosacea succoq; citri fundito saccharum. Coque: fac bolos: auroq; inuolue. Hoc ante prandium quattuor horis sumẽtes atque dantes utiliter experti sumus ad uirtutem corroborandam: ad illustandũ spiritum atque firmandum. Maxime uero proderit / si paulum quid insuper uini aurei biberis. Proderit & sępe calefactum panem aureo mero & rosacea aqua perfundere: & modico insuper cinnamomo saccharoque uberiore condire. Frequenter etiam duo hęc cum lacte amygdalino & modico pane miscere. Nam eiusmodi mixtiones naturam referunt Iouialem. Pręter omnia/ quæ in superioribus explicauimus uel saltem significauimus/ab his omnes urbani diligenter cauere debent/ æstu/gelu: Quolibet uel post calorẽ frigore uel nocturno: Nebulis/ uentis uel ex palude flantibus/ uel irrumpentibus ex angusto: Locis item ubi aer uel mouetur uiolentius: uel nullo modo mouetur: Habitatione quauis humidiore/fetore/torpore/męrore. Diligentius autem Mercurij sectatores: Diligentissime senes. Qui

preterea postquam mane corpus totum leuiter perfricuerint/delinient ipsum aduersum aeris / & laboris incommoda/calente oleo / uel uino quopiam subamaro: cui prius infuderint myrrham / & rosam/atque myrtum. Saluiam frequenter ore ferant/neruis ac dentibus amicissimam. Et quando dentium uitio/liquida uelut infantes alimenta repetere compelluntur / mollissima caueant. Lac quidem uino referant moderato. Vtantur igne dumtaxat ut medicina/quantum uidelicet expellendi frigoris/& suscitandi caloris innati necessitas postulat: Alioquin tanquam edace humorem naturalem exiccaturo. Solem uero quoad delectat sequantur ut alimentum/ destillatione uitata: et æstu similiter declinato. Faciles quidem motus diligant / excitando calori admodum necessarios. Labores autem corporis oderint: & multo magis animi: Nec minus longam sitim / & inediam atq3 uigiliam.

De nutrimento spiritus / & cõseruatione uitæ per odores:

Capitulum. xviij.

Egimus in calidis quibusdã regionibus / ac plurimo passim odore flagrantibus / multos gracili corpore / & imbecillo stomacho / quasi solis odoribus ali. Forte quoniam ipsa natura loci / tum herbarum / & frugum / atque pomorum succos ferme totos redigit in odores: tum corporum humanorum humores illic resoluit in spiritum. Cum igitur uterque uidelicet odor & spũs sit uapor qdã / & simile simili nutriatur / nimirum & spiritus & spiritalis homo plurimum ab odoribus accipit alimentum. Nutrimentum uero / qualecunque id sit per odores siue fomentum / apprime senibus & gracilibus necessarium est: Quo defectum alimenti solidioris atque uerioris / utcunque compensare possimus. Ambigere tamen nonnulli solent / utrum spi

ritus odoribus nutriatur: Ego autem opinor solis forsan ita nutriri/ut nisi alimenta / quæ crassa sunt / digestione tandem in uapores extenuentur / spiritus ipse quem diximus uaporem esse/nullum illinc suscipiat nutrimẽtum. Itaque uinum odore plenum/spiritum subito recreat: quem cętera uix tandem reficere possunt. Vaporem uero illum in quem cibi cocti deniq; transferuntur/ideo appellamus odorem: quoniam & odor ubiq; uapor quidam est: & hic tractus intus ex alimentis uapor nisi spiritui quodam odore placeat/uix ullum spiritui exhibet alimentum. Quamobrem Auicennam nostrum ualde probamus dicentem: corpus quidem dulcedine/spiritum uero quadam (ut eius uerbis utar) aromaticitate nutriri. Quoniam crassitudo corporis non nisi crassa natura/qualis est in dulcedine/coalescere ualeat. Tenuitas uero spiritus: non alio ꝙ fumo quodam/atque uapore: in quo aromaticitas ipsa uiget/refici possit. Aromaticam uero qualitatem dicimus odoram /& acutam / & quodammodo stipticam. Proinde quoniam iecur quidem corpori per sanguinem alimentum præstat/dulcedine plurimum augetur. Cor autem quia & creat spm̃: & spiritui procreat alimentum: merito desiderat aromatica. Expedit tamen / & aromatica pro corde condiri dulcedine: & dulcia pro iecore aromaticis commisceri: dulcedinemque interea nimiam euitare. Quid plura? Galienus ipse secutus Hippocratem/spiritum non solum odore putat nutriri / sed aere: Aere inquam non simplici: sed potius oportune permixto. Quibus quidem si fidem habebimus / nec alimentorum/nec rei ullius delectum magis ad uitam necessarium/ꝙ aeris nobis accommodati / esse censebimus. Aer enim & inferiorum & cœlestium qualitatibus facillime semperque affectus/& immensa (ut ita dixerim) amplitudine circumfusus/perpetuoque motu / nos un-

dique penetrans/ad suam nos mirabiliter redigit qualitatem: Presertim spiritum: precipue uitalem in corde uigentem: In cuius penetralia: tum assidue influit/tum repente. Sic protinus afficiens spiritum/ut est affectus: perque spiritum uitalem/qui & materia/& origo est spiritus animalis/ pariter afficiens animalem. Cuius quidem qualitas maximi momenti est ingeniosis eiusmodi spiritu plurimum laborantibus. Itaque ad nullos potius q̄ ad eos attinet puri luminosique aeris/odorumque delectus/atque musicæ. Hec enim tria spiritus animalis fomenta precipua iudicantur. Potissimus uero ad uitam est aer electus. Nam octauo mense nati in ægypto plurimi uiuunt: Et nonnulli in plagis greciæ temperatis saluberrimi aeris beneficio. Quod Aristoteles narrat: & Auicenna confirmat. Sed profecto sicut corpus ex uarijs compositum/uarijs quamuis non eadem mensa nutriendum est alimentis/ita spiritus similiter compositus uarietate quadam aeris semper electi oblectandus est/atque fouendus: Simili quoque electorum odorum uarietate quotidie recreandus. Nam aer & odor quasi spiritus quidam esse uidentur. Iam uero Alexander & Nicolaus Peripatetici una cum Galieno concludunt spiritum uitalem/& animalem ideo nutriri/tum odore/tum aere: quoniam uterque mixtus est/atque conformis: & utrunque haustum/in præcordia penetrare: ibi coqui temperarique ad uitam/perque arterias diffundi. Vbi uterque coctus iterum/nutrit spiritum (ut aiunt) utrunque/præcipue animalem. Aiunt etiam spiratum aerem non solum refrigerando calori prodesse: sed etiam nutriendo. Nam & animalia etiam ualde frigida spirant. Addunt aerem crassiorem spiritui naturali tanquam magis corporeo conuenire/subtilem uero/purū/lucidum/spiritui potius uitali/potissimum animali. Neque mirum uideri debet spiritum

adeo tenuem/rebus quoque tenuibus ali. Siquidem & pisciculi multi aqua nitidissima nutriuntur: & ocimum in aqua simili/uiuit/crescit/floret/ redolet. Mitto quib⁹ elementis Cameleontem & Salamandram nutriri non nulli ferant. Redeamus ad nostra. Interest certe q̃pluri/mum/qualẽ spiremus aerẽ/ quales hauriamus odores: Talis em̃ & spũs in nobis euadit. Ea tenus uero nos anima per uitã uegetat: qua tenus spũs harmoniã seruat cũ anima cõcinentẽ. Spũs quidẽ in nobis primus uiuit/ & maxime: & quasi uiuit solus. Nõne repẽtino quodã sæ/pe casu/uel affectu/uita/sensus/motus/subito mẽbra de/serunt? Regresso uidelicet ad cordis penetralia spiri/tu: Et sepe statim reuertũt ad mẽbra/ꝑ frictiões & odo/res illuc spiritu redeunte: Quasi uita ĩ ipso spiritu uide/licet re uolatili potius insit q̃ humoribus aut membris. Alioquin propter horũ crassam tenacitatẽ tardius ad/modum accederet uita membris atq; recederet. Quicũ q; igitur uitam in corpore producere cupitis: spiritũ in primis excolite: hunc augete nutrimentis sanguinẽ au/gentibus/temperatum uidelicet/atque clarum: Hũc ae/re semꝑ electo fouete: Hũc quotidie suauibus odorib⁹ alite: Hunc sonis & cantib⁹ oblectate. Sed interea odo/res cauete calidiores: Frigidiores fugite: Capessite tem peratos. Frigidos calidis/siccos humidis tẽperate. Odo/rem uero omnem quia pars corporis subtilissima est/sci tote non nihil habere caloris: atque ex rebus quæ ipsæ nutriunt/odores sperate potius nutrituros: ut ex aro/matico piro pomoq; persico/similiq; pomo: magis autẽ recente pane/calente: maxime carnibus assis: q̃maxi/me uino. Atque sicut sapor qui mirifice placet: plurimi uelocisque nutrimenti causa est uel occasio corpori/ sic odorem ad spiritum se habere putate. Commemorare uobis iterum placet/Democritũ iamiam expiraturũ ut obsequeretᷣ amicis/spiritũ ad quatriduum usq; olfactu calentiũ panũ retinuisse: ulteri⁹ etiã si modo placuisset/

spiritũ seruaturnm. Sunt & qui dicunt id mellis odore fecisse. Ego si modo usus est melle/existimo illũ mel uino liquefactum albo/calentibus panibus infudisse: Neq enim spernendus est mellis odor. Flos nanq florum mel existit: nec parũ nutrit ipsa dulcedine: ac diu qualitate sua res integras a putrefactione tuetur. Itaq siquis nouerit hoc etiã ad cibum ita uesci/ut nec dulcedine nimia meatus oppleat: nec tali quodã calore bilem exaugeat/certum habebit longioris uitæ subsidiũ. Saltẽ igit condimentũ hoc frigidis & humidis adhibete. Verum ut uos reuocem ad odores. Vbicũq suffocationẽ/compressionẽq spirituũ nimiam extimescitis: quod męror frequens torporq portendit/odores circũfusos amate: Vbi uero fugam exhalantiũ spiritũ expauescitis/odores potius infusos nutrimentis accipite. Et siquid odorum pręterea foris sumitis/uelut clypeum costis dũtaxat admouete sinistris. Nonne uidetis q̃ repente sursum uel deorsum ad odores se matrix ipsa pręcipitet? q̃ uelociter ad os/ad nares/spũs aduolet/suauis odoris esca pellectus? Vbi igitur spiritus uel exiguus uel fugacissimus esse deprehẽditur: quod pusillanimitas sæpe declarat/corpisq debilitas uel parua de causa multa contingens: odoribus non tam extrinsecus obiectis/q̃ intrinsecus iniectis allicite: imo potius pascite: retinete. Odorem uero uini ante omnes eligite. Multum nãq nutrit spiritum odor exhalans ex natura tum plurimũ/& uelociter nutriente corpus: tum uoluptate sensum afficiẽte. Tale uero uinũ est præ cęteris calidum/humidũ/& odorum/atq clarum. Tale etiam saccharum esse dicerem/si sumat odorem. Cinnamomum quoq simile: Et doronicũ/anisumq/& dulce maratrum/si acumini suo ad exiguam dulcedinẽ adderent ampliorem. Sed quã temperiem natura non fecit/uobis ipsi cõficite. Et quotiens distractionẽ spirituum formidatis/calidiorib⁹ acutioribusq/& subtilissimis adhibete/quæ cohibere parũ

per uolatũ spũs/ac sistere ualeant: ceu croco/chariophi-lis/cinnamomo/adustũ panẽ/rosaceã aquã/acetũq; rosa-ceum/rosam/myrtũ/uiolã/sandalũ/coriandrũ/cydoni-um pomũ/atq; citrũ. Horreo uero camphorã: ubi cõtra caniciẽ est agendũ. Recentẽ uero semp menthã diligo: menti etiã salutarẽ spũiq; tutissimã. Deniq; mementote res omnes ueneno contrarias/esse uitæ admodum sa-lutares: non gustu tantũ: sed etiam odoratu: maxime ty riacã. Has uero in libro contra pestilentiã enarrauimus: narrabim⁹ & in libro sequenti. Inter eas aũt ne qd uos la-teat: numeram⁹ & uinũ. Nã sicut homini uenenũ est ci-cuta/ita cicutæ uinũ: nõ simul quidẽ/sed paulo post ebi-bitũ. Ac ne solis uos odoribus hic alliciã/cõponendum uobis mando electuariũ quotidie mane gustandum/ol-factu/gustuq; suaue/& uitæ admodũ salutare. Accipite tres chebulꝝ uncias: unã emblicarũ: & indarũ unã/unã q; belliricarũ: semiunciã uero doronici: Cinnamomi un cias duas: croci drachmã unã: ãbræ partẽ drachmæ terti-am: Musci quoq; tantũdem. Cõtundite diligẽter. Tan-tum rosacei sacchari adhibite/quãtum gustui satis facit. Sandalorũ rubẽtiũ/quãtũ sat est colori: mellis itẽ embli-carũ uel chebularũ: quãtũ molli expedit electuarij for-mæ/auri folia totidẽ quot prędictæ sunt unciæ. Vbi ue-ro difficilior est cõpositio multiplex/expti sum⁹ simpli-cẽ hanc optimã esse. s. ex chebulis maratro dulci: saccha ro aqua rosacea liquefacto. Sumptã uero tũ ieiuno sto-macho: tũ post cœnam. Memineritis aũt myrobalanos cõditas meliores esse: Siccas uero saltem diẽ integrum/oleo amygdalarũ dulciũ/uel butyro uaccino pri⁹ infun-dite q; confletis. Probat & Auicenna uobis cõfectionẽ ex emblicis atque indis/cum melle anarcardorũ/cocto q; butyro. Item chebulas cum zinzibere & squama fer-ri/& potius auri. Probat item Petrus Aponensis com-positionem ex croco/mace/castoreo/per partes æqua-les accẽptis/atque contusis/& uino commixtis: Vnde

affirmat uitam etiam propemodum moribundis pro/duci consueuisse. Denique Aly Astrologus Medicusq; excellēs asserit / usu triferæ simliūq; rerum uitam effici longiorem. In omni uero trifera myrobalan⁹ fundamentum est: Sed hanc temperant subtilibus quibusdam / atque mollibus: Pręsertim ubi siccior est myrobalan⁹: Vt & penetret / nec meatus obstruat / nec aluum exiccet nimium / uel astringat. Cum uino pręterea cōmodissime utimur: sed modico / ne forte diluat. Compositionē uero Petri / quam modo narrabam / si modo utilis est / arbitror olfactu potius q̄ potu utilem fore.

De Magorum medicina pro senibus: Capitulum. xix.

m Agi stellarum obseruatores / ad Christum uitæ ducem stella duce uenerūt / preciosum uitæ thesaurū offerentes / Aurum / Tus / & Myrrham: Tria dona pro tribus planetarum dominis / stellarum domino dedicantes. Aurum quidem pro temperamento Iouis maxime omnium temperatum. Tus autem pro Sole pręcipue / phœbeo calore simul odoreque flagrans. Myrrham denique firmantem corpus atque conseruantem: pro Saturno omnium firmissimo planetarum. Huc igitur omnes ad sapientes magos uenite senes / munera uobis quoque uitam productura ferentes: Quibus auctorem uitæ quondam uenerati traduntur. Venite senes inquam / senectutē grauiter tolerantes. Venite / & uos pręterea / quoscunq; senectutis propemodum aduentantis formido sollicitat. Accipite pręcor alacres uitalia dona. Sumite uncias q/dem turis duas: unā uero myrrhę: auri rursū in folia ducti dimidiā drachmæ partē. Cōtundite tria simul / cōflate / cōfundite in pilulas / aureo quodam mero: Idq; tunc oportune conficite / quādo Diana propitio Phœbi / uel

Iouis gaudet aspectu. Sumite posthac thesauri tanti/au rora qualibet portiunculā: Ac exiguo pfūdite meri potu: nisi forsan incaluerit æstas. Tunc enim aquam rosaceam bibere prestat. Siquis autem īter uos calorē quouis tempe magis metuat/is myrobalanum chebulā/ aut emblicam/equalem ad turis/myrrheq/& auri simul pōdus adijciat. Hoc humorem pculdubio naturalē a putrefactione tuebitur. Hoc humoris resolutionem lōgius ppulsabit. Hoc tres in uobis spiritus naturalē/ uitalē/ animalem/fouebit/confirmabit/corroborabit. Hoc rursum uegetabit sensum: Acuet ingenium: Memoriā conseruabit.

De periculis euitandis ex quolibet uitæ septennario imminentibus: Caplm. xx.

c Vm astronomi singulas deiceps diei horas planetis ordine singulis distribuerint: Similiterq septē hebdomadæ dies: atq ī ipso fœtu p menses digesserint officia planetarum: Cur non etiam p annos eadem disponamus? Vt quemadmodū infātem in aluo latentem rexit primo mense Saturnus: ultimo Luna: sic statim natum ordine iam conuerso/primo ipsius anno ducat Luna: Secundo si uis/Mercuri9: Tertio Venus: Quarto Sol: Quinto Mars: Sexto Iuppiter: Septimo uero Saturnus. Atque deinceps ordo per uitam similis repetatur. Itaq in septimo quolibet uitæ anno / fit in corpore mutatio maxima. Ideoq piculosissima/quādoquidem & Saturnus nobis cōmuniter est pegrinus: & ab eo tunc planetarum summo/ad Lunam euestigio planetarum infimam gubernatio redit. Hos ānos astronomi greci climatericos nomināt: Nos scalares uel gradarios/uel decretorios appellamus. Forte uero in morbis ipsum humoris uel naturæ motum planetes p dies eodem ordine regunt. Vnde & septimus quisq eadem ratione iudiciarius appellatur: Quartus quoq/quoniā medium in septennario tenet. Tu igitur si uitam pdu-

cere cupis ad senectutē nullis eiusmodi gradibus interruptā: Quotiens septimo cuilibet ꝓpinquas anno / consule diligenter astrologū: Vnde īmineat tibi discrimen ediscito: Deinde uel adito medicū / uel prudentiam / & temperātiam accersito. His nāq; remedijs ꝓhiberi minas astrorū Ptolemæus etiā cōfitetur. Addit quinetiam astroꝝ promissa sic augeri posse / ut agrorū cultor auget terræ uirtutē. Probat Petrus aponēsis argumētationib⁹ multis / & testimonio Aristotelis / Galieni / Aly / naturalē uitæ finē nō esse ab initio ad unguē determinatū: sed ultra citraq; moueri posse. Idq; asserit tū ex astris / tū etiā ex materia. Cōcludit his auctoribus rationibusq; obitū etiā naturalē differri posse / cū astrologiæ machinis tum præsidijs medicoꝝ. Igitur neq; nos temere in his præceptis elaboram⁹. Neq; te pigeat ꝑquirere a medicis quæ naturaliter tua sit dięta: & ab astrologis / quæ stella uitæ faueat. Et quādo hęc bene se habet / & ad eā Luna / cōpone quæ ꝓdesse didiceris. Neq; pudeat sæpe illos auscultare: qui nō tā fortuna / q̄ uirtute senectutē ꝓsperā cōsecuti uident. Præterea Ptolemæus & cæteri professores astronomiæ / imaginibus quibusdā ex certis lapidib⁹ & metallis / sub certo sidere fabricatis / uitā ꝓsperā pollicentur / atq; longæuā. Verū de imaginibus quidē ex ꝑte / ac plurimū de reliquo fauore cœlesti cōmentariū cōponimus ī Plotinū. Quē librū huic opi deinceps subijciēdū existimam⁹: Queadmodū / hoc post librū scribi uolum⁹: quē de curāda lĩratoꝝ ualitudine cōposuim⁹. Fauorē ꝟo cœlestē quē mō dicebā / ꝓ iuuētute lōga / nūc quantū q̄si poetæ cuidā licet loqui: quātū rursus medico licet facere / a Phœbo Bacchoq; petemus.

Solis æterna est Phœbo Bacchoq; iuuentus.
Nam decet intonsus crinis utrūq; deum.

Phœbus & Bacchus semꝑ indiuidui fratres sūt: Ambo fere sūt idē. Phœbns q̄dē est ipa sphęræ illi⁹ aīa. Sphæra uero Bacchus: imo & Phœbus est totus ipse sphęræ cir

cus. Bacchus autē est flāmeus ille in hoc circo/circulus: imo uero Phœbus est almū in hoc flāmeo globo lumē. Bacchus autē existit ibidē salutaris ex lumine calor. Sēper ergo fratres comitesq; sunt: fere semꝑ alter & idē. Quid uero? Si Sol i uere quidē Phœbus est/cantu suo tunc auiū cātus excitans: Cithara rursum tēpora tempe rans: In autūno uero Sol idē auctor uini Bacch⁹ existit.

Tria nobis ad seruandā iuuentutē pater ille Liber qui amat colles Bacchus affert. Hos quidē apricos primum colles: In his autē collibus suauissimū præcipue uinum: Perpetuā in uino securitatē. Tria quoq; Phœb⁹ Bacchi frater pari benignitate largit̄. Diurnū primo lumē: Sub fomēto luminis herbas suauiter redolentes: Ad luminis huius umbrā/citharā/cantūq; perennē. His ergo pensis potissimū: his staminib⁹ Clotho nobis iam nō parca lon ga uitæ fila ꝑducet. Tris parcas fere oēs poetæ canunt: Tris quoq; nos nō poetæ canim⁹. Prudēs qdē in omī ui/ctu ꝑcitas/uitā nobis lōgā ichoat. Cōstās quoq; in curis subeūdis ꝑcitas ꝑducit uitā. Parcitas ṽo in cœlo fruēdo negligēs uitam occat. Tres pythagoras tēperātias ante omīa celebrat: tres etiā nos in præsētia celebram⁹. Tem perātiā in affectibus cōseruato: tꝑantiā in omī uictu ser uato. Tēperiem aeris obseruato. Hac enim prouidētia humorum intēperiem quæ citæ senectutis & intēpesti/uę mortis causa est/aspirāte deo/ꝓcul admodū ꝓpulsa/bis. Aspirabit autē auctor ille uitæ: si ea tantum conditi/one uitam optaueris diuturnā/ut diuti⁹ cum generi hu/mano uiuas/tum maxime uiuas illi/quo mundus totus aspirante uiuit.

Finitur secundus liber.

# Prologus in librū tertiū

Marsilij Ficini Florentini in librū tertiū De uita cœli´tus cōparanda/ad serenissimū Pannoniæ regem Episto´lare Prooemiū.

M Arsilius Ficinus Florentinus/serenissimo Pannoniæ Regi sp̄ inuicto. Philosophi ueteres rex omniū fœlicissime cœlestiū uires inferiorūq; naturas diligentissime ꝑscrutati: Cū existimarēt hominē frustra sapere/qui nō sibi sapit: totā merito ꝑscrutationē suam imprimis ad uitā sibi cœlitus cōparandā retulisse uidenī: iudicātes (ut arbitror) tū elementa/& quæ ex his cōponūtur frustra sibi cognita fore: tū motus cœlestiū/& influxus temere nimiū obseruatos: nisi hæc una cū illis cognita simul/atq; cōiuncta/aliquādo sibi ad uitā fœlicitatēq; cōducerēt. Profuit aūt illis ut uidet/eiusmodi cōtēplatio/ad uitā primo præsentē. Nā Pythagoras & Democritus Apolloniusq; theaneus & quicūq; ad id potissimū studuerunt/rerū sibi cognitarū usu/ꝓsperā ualitudinē cōsecuti sūt: uitāq; longæuā. Contulit insup̄ ad futurā uitā/tū per gloriā apud posteros ꝓpagandā: tum apud deū in æternitate fruēdā. Siquidē ex mirabili mūdi totius ordine/eius tādem cognouere rectorē: & ante omia cognitū amauerūt. Tibi uero gloriā ꝑ sæcula cuncta futurā/magnanimitas/magnificētia/uictoria perpetua pollicentur. Vitā quoq; apud deum in æuo beatā/diuina clemētia/insigni pietati tuæ iusticiæq; ꝓmittit. Vitā deniq; ꝓsperā inter mortales satisq; longā (quantū ex indicijs quibusdā mihi licuit cōiectare) fœlicia tibi sidera decreuerunt. Vt autē qđ pollicent/id & præstent firmissima fide/& cumulo insup̄ ꝓrogent pleniore: diligētia tua/& medicorꝝ/astrologorūq; cura efficere ꝓculdubio potest. Iam uero id posse scientia & prudentia fieri/doctissimi quiq; astrologi/ac medici confitent. Cū igit īter Plotini libros/magno Laurētio Medici destinatos/ī librū Plotini de fauore cœlitus hauriēdo tractantē/nuper cōmētariū cōposuissem: inter cętera in eū nostra cō

mētaria numeratū id quidē seligere nunc Laurētio qui/
dē ipso ꝓbante. Atq; maiestati tuæ potissimū dedicare
decreui. Spero equidē dū uitæ tuæ ꝓsperitatiq; cōsulā/
uitæ interim & splendori sæculi nostri/ & humani gene
ris cōsulturū. Atq; ut ualitudini ꝓspitatiq; regiæ ualidi⁹
hæc nostra ꝓdessent: ꝑ Valorē ipsum mittenda putaui.
Hūc tu igit̄ Valorē nostrū clemētissime Rex cōplecte/
re precor. Tātū em̄ natura/ uirtus/ auctoritas tua ualet:
ut absq; te neq̄at uel Valor ipse ualere. X. Iulij. M. cccc.
Lxxxix. Florentiæ.

Marsilij Ficini ad lectorē sequētis libri Exhortatio:

s Alue hospes ingeniose. Salue iterū quisqs es sa/
lutis auidus/ qui nostra ad limina tēdis. Vide p̄/
cor hospes cupide primum/ q̄ hospitalis sim. In/
trātis erat certe/ salutē statim hospitio dicere: Ego uero
salute præueniēs/ mox ꝓspectū saluere te iussi. Intrantē
& adhuc ignotum ꝑlibēter excępi. Trahentē apud me
moras/ promissa (si de⁹ aspirauerit) salute donabo. Hos/
pitiū ergo nactus es amicum quidē oībus: & amoris
nunc erga te plenū. Siqd forte fers tecum amori cōtra/
riū: Siqd habes odij/ prius ponito precor q̄ medicinas
hic uitales attingas. Vitā em̄ tibi dedit amor/ uoluptas
q; parentū: Vitā uicissim demit odiū/ atq; dolor. Quem
igit̄ odiosus uexat dolor: huic nullus usq; medicinæ ui/
tali relictus est locus. Quāobrem deinceps te nō ut ho/
spitē tantū/ iā alloquor: sed amicū. Officina Marsilij tui
aliquanto est amplior/ q̄ his cancellis dumtaxat/ quos
hic uides/ coerceat̄. Nō em̄ solo hoc libro sequente: sed
duobus etiā præcedētibus circūscribit̄. Tota uero sum/
matim medicina quædā est ꝓ uiribus opitulatura uitæ:
ut ualida tibi uita sit/ ut lōga. Idq; ubiq; medicoꝝ ope cę
litus adiuta molit̄. Varia sane ꝓ diuersis hominū inge/
nijs/ atq; naturis/ nostra hæc officina/ antidota/ pharma/
ca/ fomenta/ unguenta/ remedia ꝓfert. Siqua tibi fortas/
se minus placeāt: mittito quidē ista: Cætera ꝓpterea ne

respuito. Deniq; si nō ꝓbas imagines astronomicas/ alioquin ꝓ ualitudine mortaliū adinuētas quas & ego nō tā ꝓbo ꝙ narro: has utiq; me cōcedente: ac etiā si uis cōsulente dimittito. Medicinas saltē cœlesti quodā adminiculo cōfirmatas/ nisi forte uitā neglexeris/ ne negligito. Ego em̄ frequēti iādiu experiētia cōpertum habeo: tantum īteresse inter medicinas huiusmōi/ atq; alias absq; delectu astrologico factas/ quātū īter merū atq; aquā: ut etiā infans octauo a cōceptiōe mense natus/ Florētiæ mēse Martio/ nocte adscēdēte Saturno retrogrado/ semiuiuus/ eiusmodi diligentia uideat̄ a nobis imo a deo quasi uitæ redditus/ potius ꝙ seruatus: Trieniūq; ualid⁹ ferme iā impleuerit. Iam uero si præterea generis eiusdē plura narrauero/ uera loquar. Nec gloriabundus (qđ est a philosopho penitus alienū) sed exhortabund⁹ potius afferā. Verum satis iam partim quidē cōciliātes/ ꝑtim etiā exhortātes allocuti te sumus: deinceps igit̄ cū Plotino loq̄mur/ ita demum tibi diligentius consulturi.

Protestatio catholici auctoris.

In om̄ibus quæ hic aut alibi a me tractant̄/ tantū assertum esse uolo/ quantum ab ecclesia comprobatur.

Capitulo℞ tertij li. De uita cœlit⁹ cōpanda: Annotatio.

ritũ/& ſpiritus in eas:& de affectu utẽtis & operantis.

xxj De uirtute uerborꝝ/atq; cantus ad benefi/ciũ cęleſte captãdũ:Ac de ſeptẽ gradibꝰ pducẽtibus ad cœleſtia.

xxij Quõ ſeptẽ mõis nos cœleſtibus accommodare poſſimꝰ:& qbus Saturnus ſit male/ficus:qbus ꝓpitius:quos Iupiter a Saturno defendat:quõ cœlum agat in ſpiritũ/& corpus/& animã.

xxiij Vt ꝓſpere uiuas/agaſq;:ĩ primis cognoſce ĩgeniũ:ſidus:geniũ tuũ: & locũ eiſdẽ cõuenientẽ:hic habita:ꝓfeſſionem ſequere naturalem.

xxiiij Qua ratiõe lr̃ati cognoſcãt ingeniũ ſuũ:ſe/quanturq; uictũ ſpiritui conſentaneum.

xxv De aſtronomica diligentia in liberis ꝓcre/andis:In præparãdis epulis:In ædificijs/& habitatiõe/atq; ueſtibus:Et quantum curare talia liceat.

xxvj Quõ p inferiora ſupioribꝰ expoſita dedu/cãtur ſuperiora: Et p̃ mundanas materi/as mundana potiſſimũ dona.

Marſilij Ficini Florẽtini Liber De Vita cœlitꝰ cõpanda/cõpoſitꝰab eodẽ inť cõmẽtaria eiuſdẽ in Plotinũ/ĩcipit.

In quo cõſiſtat ſm Plotinũ uirtꝰ fauorẽ cœlitus attrahẽs/ſcilicet in eo ꝙ aĩa mundi/& ſtellaꝝ/dæmonũq; aĩæ facile alliciunť/corpoꝝ formis accõmodatis: Ca.j.

I tantũ hæc duo ſint in mundo:hinc qdẽ intellectus:inde uero corpus: Sed abſit aĩa:tũc neq; ĩtellectꝰ trahet ad corpꝰ(im mobilis eñ eſt oĩno caretq; affectu mo/tiõis principio/tãq; a corpe lõgiſſime diſtans)neq; corpꝰ trahet ad intellectũ/ue/lut ad motũ p ſe inefficax/& ineptũ:lon/

geq; ab intellectu remotũ. Verũ si interponat̃ aĩa utriq; cõformis/facile utrinq; & ad utraq; fiet attractus. Primo q̃dẽ ip̃a oĩm facillime ducit̃: q̃m primũ mobile est/& ex se & spõte mobile. Præterea cũ sit (ut dixi) media rerũ/ oĩa suo ĩ se mõ cõtinet/& utrinq; rõne ꝓpinq̃. Ideoq; cõ ciliat̃/& oĩbus: etiã æq̃liter illis quæ inter se distãt: ab ea uidelicet nõ distãtibꝰ. Præter eñ id q̃d hinc q̃dẽ confor mis est diuinis: inde u͛o caducis/& ad utraq; uergit affe ctu/tota interim ẽ simul ubiq;. Accedit ad hæc/q aĩa mũ di totidẽ saltẽ rõnes reꝝ semĩales diuinitus habet: quot ideæ sunt in mẽte diuina: q̃bus ip̃a rõnibus totidẽ fabri/ cat spẽs ĩ materia. Vñ unaqueq; spẽs ꝑ ꝓpriã rõnẽ semi/ nalẽ ꝓpriꝫ rñdet ideæ/facileq; põt per hãc sæpe aliq̃d il linc accipꝫ: q̃nquidẽ ꝑ hãc illinc est effecta. Ideoq; siq̃n a ꝓpria forma degeneret: põt hoc medio sibi ꝓximo for mari rursũ/ꝑq; id mediũ inde facile reformari. Ac si cer/ te cuidã reꝝ speciei/uel indiuiduo eiꝰ rite adhibeas mł̃ ta/quæ sparsa sũt: Sed eidẽ ideæ cõformia. Nox ĩ mate/ riã hãc ita oportune patã/singulare munꝰ ab idea trahes ꝑ rõnẽ uidelicet aĩꝫ seminalẽ: Nõ eñ intellectꝰ ipsẽ ꝓ/ prie: sed aĩa ducit̃. Nemo itaq; putet certis mũdi mate/ rijs trahi numĩa quædã a materijs penitꝰ segregata: sed dæmones potiꝰ aĩatiq; mũdi munera stellarũq; uiuẽtiũ. Nemo rursũ miret̃ ꝑ materiales formas aĩam quasi alli/ ci posse. Siquidẽ escas eiusmodi sibi cõgruas ipsamet/ q̃bus alliceret̃/effecit: & sp̃ libẽterq; habitat ĩ eisdẽ. Ne/ q; ĩ mũdo uiuẽte toto q̃cq̃ repit̃ tã deforme/cui nõ ad/ sit aĩa: cui nõ insit & aĩæ munꝰ. Cõgruitates igit̃ eiusmo di formaꝝ ad rõnes aĩæ mũdi Zoroaster diuinas illices appellauit: q̃s & Sinesius magicas esse illecebras confir mauit. Nemo deniq; credat ad ꝓpriã q̃ndã materiꝫ spe/ ciem & tp̃e certo hauriri oĩa ꝓrsus ex aĩa dona: sed pro oportunitate dona dũtaxat seminis/quo talis spẽs pullu lauit: seminũq; cõformiũ. Itaq; hic hõ hũanis tantũ adhi bitis nõ ꝓprias pisciũ uel auiũ dotes/inde sibi uẽdicat:

sed hūanas atq; cōsiles. Adhibitis autē quæ ad stellā talē ptinēt atq; dæmonē / stellæ demonisq; hui⁹ ꝓpriū subit īfluxū / uelut lignū p sulphur patū ad flāmā ubiq; præsē/tē. Atq; hūc nō mō per ipos stellæ demōisq; radios: sed etiā per ipsā mūdi aiam ubiq; præsentē: ī q & cuiuslibet stellæ demonisq; ratio uiget: partim qdem seminalis ad generādū: partim etiā exēplaris ad cognoscēdum. Hec em̄ ſm Platonicos antiqores rōnibus suis ædificauit ul/tra stellas in cœlo figuras: ptesq; ipsaꝝ tales / ut ipę quo/q; figuræ quædā sint: ipsitq; his oib⁹ ꝓprietates. In stel/lis aūt figuris / ptib⁹ / ꝓprietatib⁹ / oēs reꝝ inferioꝝ speci/es cōtinent / & ꝓprietates eaꝝ. Vniuersales ṽo figuras octo posuit atq; q̄draginta scilicet in zodiaco duodecī: extra ṽo sex atq; triginta. Itē in zodiaco triginta sex ad numeꝝ facierū. Rursus ibidē ter cētū / atq; sexaginta ad numeꝝ graduū. In quouis em̄ gradu sūt stellę plures / ex qbus ibi cōficiunt imagines. Silr imagines extra ȥodia cū in plures diuisit figuras ꝓ facieꝝ ibidē graduūq; suo/rū nūero. Cōstituit deniq; ab imaginib⁹ his uniuersali/bus ad uniuersales imagines habitudines / & ꝓportiōes q̄sdā / quæ ipę quoq; imagines illic existūt. Eiusmodi ue ro figuræ cōtinuitatē quæq; suā habēt ex radijs stellarū suarū in se inuicē peculiari q̄dā ꝓprietate cōiectis. A q/bus formis ordinatissimis depēdēt īferioꝝ formæ / illinc uidelicet ordinatæ. Sed & cœlestes illæ tanq; & inter se disiūctæ / ꝓcedūt a rōnib⁹ aiæ cōiūctis inuicē: & quodā/modo mutabiles / a stabilib⁹. Sed hæ q̄ tenus seipsas non cōphēdūt / referunt ad formas in mēte uel aiali uel emi/nētiore sese cōphēdētes: quę tāq; multiplices redigunt ad simplicissimū unū atq; bonū / sicut figuræ cœlestes ad polū. Sed redeam⁹ ad aiam. Quādo igit aia gignit spe/ciales inferioꝝ formas uiresq; / eas per rōnes efficit pro/prias: sub stellaꝝ formarūq; cælestiū adminiculo: Singu lares ṽo indiuiduoꝝ dotes / quæ sępe nōnullis insunt tā mirabiles q̄ in specieb⁹ esse solent / exhibet p seminales

silr rõnes: nõ tã sub ãminiculo formaꝝ figurarũq; cœle/stiũ/q; situ stellaꝝ & habitu motionũ/aspectuũq; plane/taꝝ/tũ inť se/tũ ad stellas planetis sublimiores. Aia qdẽ nr̃a ultra uires mẽbroꝝ ꝓprias/cõmunẽ ubiq; ꝓmit in nobis uitę ꝟtutẽ: Maxie ꝟo ꝑ cor/tãq; ignis aiæ ꝓximi fontẽ. Silr aia mũdi ubiq; uigẽs/ꝑ Solẽ præcipue suã pas sim explicat cõis uitæ ꝟtutẽ. Vñ quidã aiam & in nobis & in mũdo/in quolibet mẽbro totã/potissimũ in corde collocãt atq; Sole. Sp ꝟo memẽto sicut aiæ nr̃æ uirtus ꝑ spiritũ adhibeť mẽbris: sic ꝟtutẽ aiæ mũdi per qntã eẽn tiã/quæ ubiq; uiget tãq; spũs intra corp⁹ mũdanũ/sub aia mũdi dilatari per oĩa: maxime uero illis uirtutẽ hãc ĩ/fundi: quæ eiusmodi spũs plurimũ hauserũt. Põt aũt qn ta hæc essẽtia a nobis int⁹ magis magisq; assumi: si qs sci uerit eã alijs elemẽtis ĩmixtã plurimũ segregare: ulˀ saltẽ his reb⁹ freqnter uti/quæ hac abũdãt/puriore præserti: Ceu electũ uinũ/& sacchaꝝ/& balsamũ/atq; auꝝ/ꝓcio/siq; lapilli/myrobalaniq; & quæ suauissime redolent: & quæ lucẽt: Maxie ꝟo quæ in subtili substãtia q̃litatẽ hñt calidã/hũidãq;/& clarã: Quale præter uinũ est albissimũ saccharũ: præsertim si huic adhibueris auꝝ/odorẽq; cin nami/atq; rosaꝝ. Præterea sicut alimẽta rite in nobis as/sũpta per se nõ uiua/rediguť per spiritũ nostrũ ad uitę nr̃æ formã: sic & corpa nr̃a rite accõmodata corpori spi rituiq; mũdano uidelicet per res mũdanas/& per nostꝝ spiritũ/hauriũt ex uita mũdana q̃plurimũ. Si uolueris ut alimentũ rapiat præ cæteris formã cerebri tui ulˀ ieco ris atq; stomachi: sile quãtũ potes accipe alimẽtũ/id est cerebrũ/& iecur/& stomachũ/aĩaliũ/ab hũana natura ñ lõge distãtiũ. Si optas corp⁹ tuum atq; spiritũ/ex aliquo mũdi mẽbro/uidelicet ex Sole ꝟtutẽ accipe/quære quę añ alia sũt Solaria: inť metalla lapillosq;/magis aũt inter plãtas. Sed inť aĩalia magis. Maxie inť hoies. Similiora ei tibi magis ꝓculdubio cõfert. Hęc & extra sũt adhibẽ da: & int⁹ ꝑ uirib⁹ assumẽda: præsertim ĩ die/& hora So

lis/& Sole in figura cœli regnāte. Solaria uero sūt oīa ex lapill'/& florib⁹/q̄ heliotropia noiant̄/qa uertūt ad Solē. Itē auꝝ/& auripigmētū/aureicꝫ colores/chrysolith⁹/carbūcul⁹/myrrha/tus/musc⁹/ambra/balsamū/mel flauū/calam⁹ aromaticus/crocus/spica nardi/cinnamomū/lignū aloes/cæteracꝫ aromata. Aries:astur:gallus:holor:leo:chātaris:crocodil⁹:hoies flaui:crispi:sæpe calui:magnanimi:supiora parti cibarijs/partim unguētis subfumigatiōibusqꝫ/partim usui accōmodari possunt. Hæc sentienda/& cogitāda freqnter/& imprimis amāda. Et luminis plurimū est quęrēdū. Si dubites uentrē ab iecoris fomēto destitui/trahe ad uentrē iecoris facultatē/tū frictiōibus/tū fomētis/p ea quæ iecori cōgruūt:per cicoreā:endiuiā:spodiū:& eupatoriū:& epaticā:atcꝫ epata. Similiter ne destituat̄ tuū corp⁹ ab Ioue/moue corp⁹ in die/horacꝫ/& regno Iouis:& utere interim Iouialib⁹. Argēto:hiacyntho:topatio:corallo:crystallo:berillo:spodio:saphiro:uiridibus aerijsqꝫ colorib⁹. Vino:saccharo:albo melle:& cogitatiōib⁹ affectiōibusqꝫ plurimū. Iouialibus id est cōstātib⁹/æqs/religiosis atcꝫ legiferis:& iter hoies eiusmōi/sāguineosqꝫ & pulchros/uenerabilesqꝫ uersabere. Sed memēto primis illis reb⁹ frigidis inserēdū eē aurū:& uinū:mēthācꝫ & crocū:& cinamomū:atcꝫ doronicū:Aīalia uero Iouialia eē agnū:pauonēqꝫ:& aquilā:& iuuēcū. Quō uero utus Veneris attrahat̄ turturib⁹/Columbis/& motacillis/& reliqs/nō pmittit pudor ostendere.

De concordia mūdi.

De natura hominis f̄m stellas.

## Quō fiat attract⁹ ab unaquacꝫ stella: Ca. ij.

n Ecꝫ uero diffidere debet qsqꝫ/nos atcꝫ oīa/quæ circa nos sūt/præparamētis qbusdā posse sibi uēdicare cœlestia. Nā cœlit⁹ hæc facta sunt:assiduecꝫ reguntur:& illinc imprimis præparata sunt ad illa:& quod maximū est/mundus animal in se magis unū est/q̄ quoduis aliud animal:si mō est animal perfectissimū.

Ergo sicut in nobis mēbri cuiuslibet præserti pricipalis qlitas motusq; ad alia ptinet: ita mēbroꝝ pricipaliū act⁹ in mūdo cōmouēt oia: & mēbra inferiora facile capiūt a supmis ultro dare paratis. Quo em̄ potētior causa est: eo est pmptior ad agēdū: eo igit̄ ppēsior est ad dādū. Exigua igit̄ præpatio nobis insup adhibita sufficit cæle stiū munerib⁹ capiēdis: si mō qsq; ad id præcipue se accōmodet/cui est præcipue subdit⁹. Sed ante uniuscuiusq; nostrū pprietatē/hūanæ speciei pprietatē cōsiderare debem⁹. Hāc igit̄ esse solarē/astrologi arabes cōsēserūt. Qđ ego e statura hois erecta: pulchraq;: hūoribusq; subtilib⁹: & spirit⁹ claritate: imaginatiōisq; pspicuitate: studioq; ueritatis & glīæ: uerū eē cōiecto. Addo qnetiā pprietatē huic Nercurialē: ob strenuū uersatilis igenij motū. Et qm̄ humanū gen⁹ natū nudū: inerme: oīm egenū: hæc oia ppria industria sibi cōpat: Qđ est Mercurij ppriū. Addo etiā Iouialē/ob cōplexionē corporis tēperatā atq; leges. Et qm̄ secūdo mēse/quo Iupiter dn̄at̄/uitā accipimus: atq; nascimur nono: quo iteꝝ recipit dn̄atum. Itaq; hūana species ab his tribus potissimū dotes insuper āpliores ita demū sibi poterit uendicare: si per Solaria/Mercurialiaq;/ & Iouia seipsā eis magis in dies atq; magis accōmodabit. De reliqs autē qd̄ Saturn⁹ n̄ facile cōmunē significat hūani generis qlitatē atq; sortē: sed hoiem ab alijs segregatū: diuinū: aut brutū: beatū: aut extrema miseria pressum: Mars: Luna: Venus: affectus & act⁹ hoi cū cęteris aiantib⁹ æque cōmūes. Ad Solē igit̄ & Iouē/atq; Mercuriū reuertamur. Solaria qdē nōnulla & Iouia dixim⁹: Mercurialia ꝟo nescio quō prętermisim⁹. Sūt aūt eiusmodi: Stannū: Argentū: præserti uiuū: Marcassita argētea: lapis achates: uitrū: porphyriticū: & quæ croceum cum uiridi misceant/ smaragdum atq; lacca. Animalia sagacia & ingeniosa simul & strenua/ simiæ: canes. Homines eloquentes: acuti: uersatiles: oblonga facie: manibusque non pingues.

Sũt autẽ quærẽda/ & exercẽda quæ ad aliquẽ planetam attinẽt: eo uidelicet dominãte (ut diximus) in die & hora eius si fieri potest: etiã quãdo ipse sit in domicilio/ uł exaltatiõe/ uel saltẽ triplicitate sua & termino & angulo cœli: extra cõbustionẽ direct⁹: ac sæpius oriẽtalis/ si Sole sit sup̃ior: Item ĩ auge: & aspiciat̃ a Luna. Siqs autem ab ipsa Luna bñficiũ/ & a Venere poscat/ tp̃a similia obseruare debebit. A Venere quidẽ p̃ aĩalia sua quæ diximus/ & p̃ corneolã: & saphyrũ: lapidẽq; lazoli: æs croceum atq; rubeũ: & corallum: oĩesq; pulchros uariosq; uł uirides colores: & flores: atq; cõcẽtus: suauesq; odores: atq; sapores. A Luna p̃ alba/ & humida/ & uiridia/ per argentũ atq; crystallũ/ & uniones/ & argenteã marcassitã. Quoniã uero Saturnus quidẽ statui & p̃seuerantiæ dominatur: Mars autẽ efficaciæ motus: cogimur nõnunq̃ horum quoq; gratia ab eis patrocinia postulare: tp̃ibus uidelicet similiter obseruatis. Ab illo quidẽ p̃ materias quasdã quodãmodo terreas/ & fuscas/ atq; plũbeas/ & fuscũ iaspidẽ/ & magnetem/ & camoinũ atq; calcidoniũ/ & ex p̃te quadã p̃ aurũ/ & aureã marcassitã. A Marte uero p̃ ignea/ rubea/ æs rubeũ. Sulphurea oĩa. Ferrũ lapidẽq; sanguineũ. Neq; diffidas Saturnũ habere nõ nihil in auro: Nã ꝑpter pondus id putat̃ habere. Quinetiã Soli aurũ simile/ sic oĩbus metallis inest/ sicut Sol in planetis oĩbus atq; stellis. Iam uero siquis cõiicerit Saturnũ & Martẽ natura noxios eẽ/ qđ equidẽ nunq̃ crediderim: tamẽ his quoq; utẽdũ: queadmodũ uenenis non nunq̃ utunt̃ & medici: Quod Ptolemæus in Cẽtiloqo probat. Proderit ergo quãdoq; uis Saturni caute sũpta: sicut apud medicos/ quæ adstringũt atq; cõtinẽt: imo & quæ stupefaciũt/ sicut oppiũ & mãdragora: Martis quoq; sicut euforbiũ & hellebor⁹. Cautissimi uero hac in re fuisse uident̃ magi Brachmanes Pythagorici: Qui cum ob sedulũ philosophãdi studiũ Saturni tyrãnidẽ formidarẽt/ uestib⁹ albis amiciebant̃: Iouialibusq;/ siue Phœ-

beis quotidie sonis & cãtibus utebant̃: plurimũq́ sub di
uo uiuebant. Vbiq́ uero memẽto ꝑ affectũ studiũq́ aĩ/
& ꝑ ipam spiritus qualitatẽ/nos facillime subitoq́ expo
ni planetis eundẽ affectũ ac eiusmodi studiũ & qualita/
tẽ significãtibus. Persępe rationẽ igit̃ a rebus humanis:
ꝑ ocium: solitudinẽ: firmitatẽ: per theologiã: secretiorẽ
q́ philosophiã supstitionẽ: magiã: agriculturã: ꝑ mæro/
rẽ Saturno subijcimur. Per ciuilia & ambitiosa negocia/
ꝑ philosophiã naturalẽ/cõmunẽq́: ꝑ religionẽ ciuilem:
perq́ leges/Ioui. Marti per irã atq́ certamina. Soli Mer
curioq́ per studiũ eloquẽtiæ/cãtusq́ & ueritatis & glo/
riæ atq́ sollertiã. Veneri ꝑ læticiã & musicam & festiua.
Lunæ per uictũ plantis similẽ. Sed hanc inter hos diffe/
rentiã mente teneto/exercitationẽ ingenij magis publi
cã atq́ amplã ad Solem spectare: Priuatã uero & artifi/
cio mancipatã/potius ad Mercuriũ: Tum uero musicã
grauẽ quidẽ Iouis Solisq́ esse: Leuẽ Veneris: Mediam
ṽo Mercurij. Similis quoq́ de stellis fixis ratio est. Hęc
quidẽ cõmunis hũanæ speciei regula. Propria uero uni
cuiq́ regula fuerit explorare/quæ stella/qd boni/cuiq́ i
genitura ꝓmiserit/atq́ ab ea potius q̃ ab alia reposcere
gratiã. Et ab unaquaq́ non quodlibet donũ: & qd' aliarũ
est: sed eius ꝓpriũ expectare: nisi forte tũ a Sole cõmu
nia/multa reportes: tanq̃ cõmuni quodã duce cœlestiũ/
& ab Ioue ferme similiter: tum mundana ꝑiter oĩa ab
anima spirituq́ mũdi. Quẽ sicut & quoduis animal: mul
toq́ efficacius animatũ esse: nõ solũ Platonicæ ratiões:
sed etiã astrologoꝝ arabũ testimonia comprobãt. Vbi
etiam probant ex applicatione quadã spiritus nostri ad
spiritum mundi per artem physicam affectumq́ facta/
traijci ad animã corpusq́ nostrum bona cœlestia. Hinc
quidem per spiritũ nostrũ in nobis mediũ/& tũc a mun
di spiritu roboratum: inde uero per radios stellarũ fœli
citer agentes in spiritũ nostrum/& radijs natura similẽ:
& tunc seipsũ cœlestibus coaptantẽ.

Q̃ inter animã mundi & corpus eius manifestum sit spiritus eius/in cuius uirtute sũt quattuor elementa: Et ꝙ nos ꝑ spiritũ nostrũ hũc possim⁹ haurire: Ca. iij.

p Rofecto mundanũ corpus quantũ ex motu ge/neratiõeꝗ apparet est ubiꝗ uiuũ: qđ indorum philosophi probãt ex eo ꝙ passim ex se uiuẽtia generet. Ergo ꝑ animã uiuit ubiꝗ sibi præsentẽ/ac prorsus accõmodatã. Igiẽ ĩter mũdi corpus tractabile/& ex ꝑte caducũ: atꝗ ĩpam eius animã/cuius natura nimium ab eiusmodi corꝑe distat: inest ubiꝗ spiritus: sicut inter animã/& corpus in nobis: si modo ubiꝗ uita est cõmu/nicata semꝑ ab anima corꝑi crassiori. Talis nãꝗ spiritus necessario requiriẽ tãꝗ mediũ: quo aĩa diuina: & adsit corꝑi crassiori: & uitã eidẽ penitus largiaẽ. Corpus aũt oĩe facile tibi sensibile/ tanꝗ sensibus tuis accõmoda/tũ/crassius est/& ab anima diuinissima lõge degenerãs. Opus est igiẽ excellentioris corporis adminiculo quasi nõ corporis. Proinde scimus uiuẽtia oĩa tam plantas ꝗ animalia/ꝑ quendã spiritũ huic similẽ uiuere atꝗ ge/nerare. Atꝗ inter elemẽta (qđ maxime spiritale est) ue/locissime generare: ꝑpetuoꝗ moueri quasi uiuens. Sed quæres interea/si elemẽta atꝗ animãtes generant aliqd sibi simile suo quodã spiritu/ cur lapides & metalla non generant? quæ inter elemẽta & animantes media sunt: Quia uidelicet spiritus ĩ eis crassiori materia cohibeẽ. Qui siquãdo rite secernaẽ/ secretusꝗ cõserueẽ: tanꝗ se/minaria uirtus poterit sibi simile generare: Si mõ materię cuidã adhibeaẽ generis eiusdem/qualẽ spiritũ physici diligẽtes sublimatõe q̃dã ad ignẽ ex auro secernẽtes: cuiuis metalloꝝ adhibebũt: aurũꝗ efficient. Talẽ utiꝗ spiritũ ex auro uel ex alio rite tractũ/atꝗ seruatũ/elixir arabes astrologi noĩant. Sed ad mũdi spiritũ redeam⁹: ꝑ quẽ mund⁹ generat oĩa: q̃nquidẽ & ꝑ spiritũ ꝓprium oĩa generãt: Quẽ tũ cœlũ/ tum q̃ntã essentiã possum⁹ appellare. Qui talis ferme est in corꝑe mundi/ qualis in

nostro noster. Hoc imprimis excepto: q aia mūdi hunc nō trahit ex quattuor elemētis tanꝗ humoribus suis/sicut ex nostris nostra: imo hunc ꝓxime (ut platonice siue plotinice loquar) ex uirtute sua ꝓcreat genitali quasi tumens: & simul cū eo stellas: statimqꝫ ꝑ eū parit quattuor elemēta: quasi in illius spiritus uirtute sint oīa. Ipse uero est corpus tenuissimū: quasi nō corpus / & quasi iam aia: Item quasi nō aia/& quasi iā corpus. In ei⁹ uirtute minimū est naturæ terrenæ: Plus autē aqueæ. Plus itē aeriæ. Rursus igneæ stellarisqꝫ ꝗplurimū. Ad hoꝝ graduū mēsuras/ipsę quātitates stellarū elemētorūqꝫ ꝓdierunt. Ipse uero ubiqꝫ uiget/in oībus generatiōis oīs proximus auctor/atqꝫ motus: de quo ille: Spiritus intus alit. Totus est suapte natura lucidus calidusqꝫ/ & humidus atqꝫ uiuificus/ex dotibus animæ supioribus dotes eiusmodi nact⁹. Quē plurimū hausisse Apolloniū Theaneū/testificatus est Indus Hiarchas dicens/ Mirari nemo debet o Apolloni te diuinādi scientiā consecutū: cū tantū ætheris in anima geras.

Qꝫ spiritus noster hauriat mūdi spiritū ꝑ radios Solis & Iouis/quatenus ipse fiat solaris & Iouialis: Ca. iiij.

h Vnc tu igitur studebis tibi imprimis insinuare. Hoc eñ medio naturalia quædam beneficia reportabis: tū corpis mundani: tū animæ: tum etiā stellarū: atqꝫ dęmonū. Nā ipse inter crassum mundi corpus & animā medius est: Et in ipso stellæ sunt & dęmones: atqꝫ per ipsū. Siue eñ mundi corpus atqꝫ mundana sint ab aia mundi ꝓxime (sicut Plotino placet atqꝫ Porphyrio) siue mūdanū corpus: sicut & anima ꝓxime sit a deo/ut nostris placet & forte Timęo pythagorico: oīno uiuit mundus/atqꝫ spirat: spiritūqꝫ eius nobis haurire licet. Haurit͡ autē ꝓprie ab homine ꝑ suū spiritum illi suapte natura cōformem: Maxime si reddat͡ etiā arte cognatior: id est si maxime cœlestis euadat. Euadit uero cœlestis: si expurget͡ a sordibus: & oīno ab eis/quæ

inhęrent sibi dissimilia cœlo: Quæ quidem sordes non solum intra uiscera si fuerint/uerumetiam si in animo/si in cute/si in uestibus/si in habitatione/ & aere/spiritum frequenter inficiūt. Efficietur tandem cœlestis/si ad orbiculare animi corporisq; motum: ipse quoq; orbes efficiat: Si ad aspectum cogitationemq; lucis frequentiorem etiam ipse subrutilet: Si adhibeãtur ei similia cœlo ea cōmuniter diligentia/qua Auicenna in libro de uiribus cordis spiritū curat: Et nos in libro de curanda litteratorū ualitudine curare contendimus. Vbi primum segregantur ab eo uapores obnubilantes medicinis ita purgantibus. Secundo rebus lucentibus illustraẽ. Tertio ita colitur/ut & tenuetur simul/& confirmetur. Fiet deniq; cœlestis maxime: quantū dictat ratio pręsens: si applicētur ei potissimū radij īfluxusq; Solis inter cœlestia dominantis. Atq; ita ex hoc spiritu tanq; in nobis medio cœlestia bona in primis insita sibi in nostrū tum corpus tum animū exundabūt: Bona inquā cœlestia cūcta. In Sole enim omnia cōtinentur. Conferet autē sol ad spiritū solarē efficiendū proprie: quando sub Ariete fuerit/uel leone: ipsū aspiciente Luna: maxime in Leone. Vbi adeo spiritū nostrum uegetat: ut ipsum muniat contra uenenū epidimię repellendum: quod perspicue apparet in Babylonia/& Aegypto/& regionib⁹ spectãtibus ad Leonem/ubi Sol Leonē intrās/ epidimiam sędat/ea dumtaxat ratione/qua diximus. Tūc ergo & tu Solaria passim exquisita compone. Tūc incipe solarib⁹ uti: ea tamen cautione/ qua sub æstu exiccationē diligēter euites. Non poterit autem facile spiritus solaris euadere/nisi sit q̄ plurimus. Ad solem enim maxime pertinet amplitudo: Quā plurimū uero faciet: tum diligentia cor rebus cordialibus intus & extra fouens: tum etiā uictus ex alimentis quidem subtilibus: multum tamen/ & facile & salubriter nutriētibus. Motus quoq; frequēs atq; lenis/& oportuna quies/aerq; tenuis atq; serenus:

& ab æstu geluq; remotus: Pręcipue lętus animus. Rur
sum nec Solaris erit/nisi calidus fuerit/& subtilis/ & cla/
rus. Subtilem clarūq; facies/si tristia/ & crassa deuitabis
& fusca. Vteris lucidis lętisq; intus/& extra. Luminis
multū die nocteq; excipies. Sordes expelles/& ocium/
& torporem. In primis tenebras deuitabis. Perducturꝰ
autem spiritū ad calorē Soli naturalē: caue ne ad tertiū
caloris gradum siccitatēq; deducas. Calor enim ipse So
lis naturaliter non exiccat: Alioquin non esset Sol uitæ
generationisq; dominus / & auctor augmenti. Siccare
uero contingit radijs eius in concauis materiæ siccę cō/
clusis. Humorē itaq; calori subtilē qualis est Solaris / &
maxime Iouius/adhibebis/& conseruabis in spiritu/re/
rum eiusmodi usu: si solarem sis effecturus: Ne alioquin
ad Martiū potius q̄ ad Solarē forte deducas. Martem
quidem Soli esse similem in paucis & his quidē manife
stis/nec admodum excellentibus/& interim inimicum
esse ferunt: Iouem uero Soli simillimū in plurimis excel
lentibusq; muneribus q̄uis occultioribꝰ & amicissimū
esse scimus. Vnde Ptolemęus ubi de cōsonantia dispu
tat: Iouem ait cum Sole præ cęteris ꝑfectissime cōsona/
re: Veneremq; cum Luna. Omnesq; astrologi uniuer/
salem beneficenciam Soli tribuunt similiter atq; Ioui:
Q̄uis Sol eadem efficacius agat/& iupiter sub uirtute
Solis efficiat. In utroq; calor uiget/superatq; humorem.
Sed in ioue sup̄at modice: In Sole superat excellenter:
Vtrobiq; benefice. Cum igitur adeo consonent / facile
poteris spiritum Solarē efficere pariter atq; Iouium: ac
res Solares & Iouiales rite poteris inuicem cōmiscere:
Pręsertim si & has inuicem componas/& spiritui adhi/
beas quando Iupiter Solem trino aspicit: uel sextili/ uel
saltem quando Luna ab aspectu alterius ad alterum ꝓ/
cedit aspiciendum: Maxime quando ab aspectu Solis
ad coitum cum Ioue progreditur. Seorsum uero Sola/
rem proprie facies/uel Iouialem quando aspectum Lu/

næ ad Solem obseruaueris uel ad Iouem. Tam&si consecutus naturam huius/naturam mox illius facile consequeris. Sextilem uero aspectum intellige/ quando planetæ duo inter se signorum duorum spacio distant: Trinum autem/quando quattuor signorum discrepant interuallo. Coniunctionē uero uel aspectum Lunæ ad alios duodecim gradibus citra/ totidemq; ultra metimur.

Q; tres gratiæ sint Iupiter & Sol & Ven⁹:& q; Iupiter sit gratia geminarū media & maxime nobis accommodata: Capitulum. v.

c Ompositiōes quidē/& curationes Iouias simul/ atq; Solares inuenies in libro nostro de Vita lōga:& in libro de litteratorū cura: Vbi etiam miscuimus pleraq; Venerea. Nā & nos in studiosis timemus exiccationē/cui resistit Venus. Et hęcipsa Ven⁹ ē amicissima Ioui: sicut & Soli Iupiter: Quasi gratiæ tres inter se cōcordes/atq; cōiūctæ. Ab his quidē trib⁹ cœli gratijs/& a stellis eiusdē generis astrologi gratias & sperant/& diligēter exquirūt/easq; p Mercuriū/atq; Lunā/ quasi nūcios trāsmitti putāt/atq; curāt: facile uero communiterq; per Lunam. Lunā quidē cum Ioue cōiunctā aut Venere fœliciorē esse putant: q̄ si per sextilē aspexerit: aut trinū. Veruntamē si p trinū aspiciens etiā suscipiatur ab illis quasi existimant esse cōiunctā: Similiter si a Sole pspecta fuerit simulq; recępta. Nos autē si horꝝ trium stellarumq; similiū uires effectusq; oēs pcurrere singulatim uelimus/longū opus aggrediemur: exqsitu difficile/difficillimū obseruatu. Si ad Venerem nos proprie cōferamus: non facile Solē habemus: Si ad Solem pprie/non facile Venerē. Vt igit̄ tres simul in uno gratias cōplectamur/ad Iouē tandē confugiemus: inter Solē Venerēq; natura effectuq; mediū: qualitate admodū tēperatū:& quęcūq; sperantur a Venere uel a Sole suo quodā pacto tradentē/magnificentius quidē honestiusq; q̄ Venus/tēperati⁹ quoq; q̄ Sol / & i oib⁹ cū hu

mana natura maxime congruentē. Vtemur itaq; Iouijs quando & ipse & Luna dignitatem tum naturalē / tum accidentalē habuerint / sintq; simul: uel fœliciter se aspiciant. Si quando id fieri omnino nō possit / misce Solaria in unum simul / atq; Venerea / faciesq; sic Iouiale ex utrisq; compositū / quādo uidelicet Luna a coitu Veneris eat ad sextilem Solis aspectū / uel econuerso. Memēto uero in rebus cōponendis quæ cor spiritumq; foueant / & corroborent / Lunam cōferre potissimū: si una cū his muneribus: hoc etiam habuerit / ut per aeria signa discurrat / maxime per Aquariū / quod esse maxime putatur aerium: uel si in suo domicilio sit / aut exaltatione sua / uel domo Iouis aut Solis: Et ubicūq; sit / si mansionē ex uiginti illis / & octo teneat / tum sibi / tum etiam operi competentem.

De uirtute in nobis naturali / uitali / animali: Et per quos planetas adiuuentur / & quō per aspectum Lunæ ad Solem & Venerem: maxime uero ad Iouē: Ca. vj

p Rĉipua uero disciplina est recte tenere quem spiritum / quā uim / quā rem potissimum hi planetę significant. Luna ergo / Venusq; uim / & spiritum naturalem / atq; genitalē / & quæ hunc augent Iupiter eadem: sed efficacius epar q; / & stomachū / habetq; non mediocrem partē in corde & spiritu: uirtuteq; uitali: qua tenus suapte natura cum Sole consentit: immo & per seipsum: Alioquin cor uitalem spiritum nō proprie in mense Iouis acciperet. Vnde Iouem gręci appellant uitā: & per quem uita: habere quoq; in animali spiritu potestatem testantur astrologi: dicentes Iouem ad philosophiam & ueritatē inueniendā / religionemq; cōferre: Et Plato ubi ait ab Ioue philosophos ꝓficisci. Qđ etiam significauit Homerus antiquorū opiniōe dicēs: Talis est mens hominibus / qualem indies adducit pater hominū atq; deorum. Musq; uero numen aliquod ita cognominat pręter Iouem. Sol spiritum uitalē prę

cipue corq; significat: & habet non nihil: immo non parum in capite/ ꝓpter sensum atq; motum: cuius est ipse dominus/ neq; uim deserit naturalem: Mercurius cerebrum & instrumēta sensuum: Ideoq; spiritū animalem. Proinde tutissima uia erit/ nihil sine Lunæ beneficio facere: Quandoquidē cœlestia cōmuniter & frequenter atq; facile ad inferiora demittit: quam alterum Solē nominant/ quolibet mense quattuor anni tempora facientem. In prima enim sui quarta Peripatetici putant esse calidam/ atq; humidam. In secūda calidam & siccam: in tertia frigidam/ atq; siccam: in quarta frigidam/ atq; humidam: Lumenq; eius ꝓculdubio Solis esse lumē: Humores generationemq; regere: omesq; mutationes fœtus ipsius in aluo conuersionibus suis metiri: & quotiēs Soli iūgitur/ uiuificā ab eo uirtutem recipere/ quam infundat humori: atq; ibidem a Mercurio uim humores cōmiscentem. Quā uim Mercurius & transformatione in omes sua/ & gyris multiplicibus affert: ibidem mox a Venere uim/ quæ conducat ad formas genituræ conuenientes. Operepreciū uero fuerit meminisse diurnū Lunæ cursum in quattuor distribui quartas. in prima q;dem ab oriente ad medium ascendit cœlum: atq; interim humorem & spiritum auget naturalē. in secunda a cœli medio petit occasum/ efficitq; in nobis oppositū. Tertia ab occasu cœlum subter mediū adit/ iterūq; spiritum illum auget & humorem. Quarta cadit inde uersus ortū: minuitq; uicissim. Qđ maxime in oceani ripis apparet: Vbi ad hūc cursum mare manifestius accedit/ atq; recedit: eodēq; ordine uigor in ægrotātibus. Probabile etiā est/ Solē ꝑ easdē sui quartas calorē naturalē & spiritū uitalē augere/ uel diminuere: Animalē quoq;/ qua tenus Mercuriū habet comitē. His cognitis poterit medic' ꝓ humore & calore naturali/ & quolibet spū recreādo/ tpa oportuniora seruare. Sed nūc de Luna satis. Neq; dimittere decet iouē/ in cui' mēse altero quidē

Luna

Sol

uitã accępimus:altero autẽ cõmuniter & fœlicius nati sumus. Et qui inter Solem atq; Venerẽ: item inter Solẽ atq; Lunã est qualitate effectuq; medius: ideoq; cõplectitur omnia. Solẽ uero ipsum pretermittere cœli dñm nefas/atq; piculosum existimamus: nisi forte quis dixerit/eũ qui iouẽ habet: in ioue Solẽ iam habere: illic potissimũ ad homines tẽperatũ. In Sole certe omnes cœlestium esse uirtutes/nõ solum Iamblicus Iulianusq;: sed omnes affirmant. Et Proculus ait ad Solis aspectũ / omnes omniũ cœlestiũ uirtutes cõgregari in unũ atq; colligi. Iouẽ uero esse Solem quendã ad nos temperatũ nemo negabit. Lunã quoq; temperatã ad Venerẽ ne neglexeris: Multũ enim ad ualidã ꝓsperamq; uitam adiuuat. Siquidẽ Venus fęcundat hominẽ/facitq; lætũ. Hãc igitur obseruabis. Q̃[illegible] si Lunã Veneri similẽ.s. humore prorsus æqualẽ: & uix minus calidam: cum ioue rite misceas/aut Sole/propemodum iam Venerem habes. Quid ergo? ut tutissima omniũ & cõmodissima simul incedas uia/Lunam obserua/quãdo Solem aspicit / coitq; cum ioue: uel saltem iouẽ simul aspicit atq; Solẽ: aut certe quãdo post aspectũ Solis mox ad iouis coitum ꝓgreditur uel aspectũ. Atq; eoipso tempe cõpone iuicẽ: uel adhibe tibi Solaria iouiaq; simul atq; Venerea. Qđ si te ad unũ ex magnis cõfugere necessitas urgeat / uel negociũ/ad iouem ipsum uel potius ad Lunã simul iouemq; confugito. Nulla enim stella naturales in nobis uires/immo & oẽs magis q̃ iupiter fouet/atq; corroborat. Nulla rursum pollicetur ꝓsperiora: simul atq; plura. Et ubiq; hunc accipere faustum est. Solem uero accipere/forsitan nõ ubiq; tutum. Semp enim ille iuuat: hic sępe nocere uidetur. Venus aũt quasi debilis. Ideo solꝰ ille iuuans pater est appellatus. Id autẽ cõprobat Ptolemęus: ubi ait/pharmacum uix quicq̃ mouere naturam dumtaxat/quãdo Luna cum ioue congreditur. Vsqueadeo illinc proprie totam putat uniuersi corporis cor-

roborari naturam. Expertus sum quinetiam Luna con iuncta cum Venere medicinam uix mouere. Quamuis autem ubi pituitam ualde timemus / Lunam pręcipue obseruemus ad Solem: Vbi uero bilem exiccationemq́ꝫ eiusmodi ad Venerem: tamen directio Lunæ ad ioue͂ / & ad hęc oi͂a quodãmodo confert: & pręcipue ad atram bilem expellendã: necnon ad cõmune͂ hominũ cõplexionem instaurandam / atq́ꝫ firmandam. Sicut enim glycirhiza & oleũ rosaceũ frigidiora calefacit: calidiora refrigerat: uinũq́ꝫ similiter: Qđ insuper humectat sicca: humidiora siccat: Ita iupiter humano congruus calori / ut uinum: oleũ rosaceum: camomilla: glycirhiza. Vbi igitur audis Albumasar dicente͂: Non est uita uiuentibus pręter deũ / nisi per Sole͂ & Lunam: Id intellige quantum ad cõmunem omnibus spectat influxum. Proprius autem homini accõmodatissimusq́ꝫ iflux us est ab ioue. Sunt aute͂ in natura corporis uires attrahendi / retinendi / coquendi / expellendi. Has igitur omnes iupiter ipse iuuat. Potissimũ uero coquendi / siue digerendi uirtutem / atq́ꝫ generandi & nutriendi simul / & augendi: ꝓpter humore͂ eius aeriũ atq́ꝫ multũ: & calore͂ eiusde͂ amplũ / humori mediocriter dominante͂. Profecto ꝑ radios iouis sp̄ usq́ꝫquaq́ꝫ diffusos lume͂ Solis proprium ad salute͂ hominũ maxime temperat: Radijs interim Veneris ad ide͂ assidue cõfere͂tibus: Atq́ꝫ simili͂t transfere͂te Luna. Radij q̄de͂ Veneris / atq́ꝫ Lunæ tanq́ꝫ humidiores quodã indige͂t te͂pera͂te: sicut & Solis radij tãq́ꝫ calidiores hũidioris cuiusdã te͂perie͂ exigũt. Radij aũt iouis te͂peramẽtũ nullũ desiderãt. Quid em͂ aliud iupiter est: nisi Sol q̄dã ad salute͂ rerũ pręcipue hũanarũ ab iitio te͂pat᷑: Quid rursus aliud: nisi Luna Ven᷒q́ꝫ / facta tñ calidior atq́ꝫ pote͂tior: Ideo astrologi ab ioue auspicant᷑ annũ fertile͂ / serenũ / salubre͂ / & ab eo imine͂tiũ morborũ remedia spera͂t. Atq́ꝫ Empedocles ubi ꝓpria unicuiq́ꝫ planetarꝫ mũera tribuit: ioue͂ solũ generatiõis ꝑn

cipē noīat Orpheū imitat⁹. Prēter Iouē prēcipiūt Lunā diligenter in omibus operibus obseruandā tanq̄ medium inter cœlestia competens atq; terrena. Sit ergo Luna in gradu / situq; / & aspectu ad opus optatum coueniente. Non sit in eclyptica: nec sub radijs Solis per grad⁹ duodecim ultra citraq; / nisi forte sit ī eodem minuto cū Sole. Plēriq; uero uolunt oēs planetas fore fortes quando in unitate Solis extiterint. Vnitatē uero metiuntur minutis duobus atq; triginta: ut. xvj. quidem citra. xvj. uero ultra cōnumerentur. Non impediat̄ a Saturno uel Marte: non descēdat in latitudine meridionali: quādo duodecim dictos gradus egreditur. Nō sit opposita Soli: nec lumine minuatur: nec tarda cursu / quādo scilicet die uno / duodecim nō pagit gradus. Non sit in uia combusta a gradu Libræ. xxviij. ad tertiū Scorpionis: nec in octaua: nec in ascendēte: nec in finibus Martis / uel Saturni. Quidā uero nec in sexta: duodecima: nona: quarta Lunam uolunt. In cēteris uero cœli plagis approbāt. Vbi hēc omnia complecti non potes: Iouem saltem expecta / uel Venerem in ascendente: uel decima. Sic em̄ subueniunt detrimentis Lunæ. Nec ab re fuerit recordari qua tenus Luna lumine augetur / ea tenus & nobis non solum humorem / sed spiritum etiam uirtutemq; augeri: atq; hēc ad circūferentiam dilatari: Maxime in secunda eius quarta. Quando uero minuitur / contra contingere: Prēsertim in ultima quarta: Primū eius ad Solem trinum prēesse secundo. Hunc sextili primo. Hunc sextili secundo. Lunam qua tenus lumine / ea tenus repleri calore. Vident̄ ergo quidā nō tam obseruare quō aspiciat Luna Solē: Semp̱ enim aspicit / q̄ ut plurimū lumen habeat: prēsertim dum augetur. Aspiciat uero īterim trino uel sextili Iouem aut Venerē. Proinde uirtutem attractiuā ignea iuuant: Retentiuā terrea: Digestiuā aeria: Expulsiuā p̱ aquea. Si tu has oēs in te adiuuare uolueris: attractiuā quidē p̱ ignea maxime roborabis:

quando Luna in signis uel stationibus igneis cōstituta Iouem aspicit/scilicet Ariete Leone Sagittario. Retentiuā per terrea: potissimū/quando intuetur eundem in signis uel stationibus terreis collocata: Tauro Virgine Capricorno. Digestiuā generatiuāq per aeria/scilicet Geminos Librā Aquariū/quotiens sub aereis iouem suspicit/aut subit. Expulsiuā per aqueam/Cancrū Pisces Scorpiū. Quando sub aqueis ipsa posita/iouis radiis illustratur. Maxime uero in his oībus cōsequeris optata: Si iupiter eadē uel similia/uel saltem nō dissimillima signa/mansiones ue possederit. Citaturus aluum/solidis medicinis/accipe Pisces: Liquidis Scorpionē: Mediis ꝟo Cancrū. Per inferiora purgaturꝰ/Pisces & Scorpiū. Per superiora/Cancrū. Malū Saturni uel Martis ad Lunam deuitabis aspectū. ille eē̄ uexat stomachū: hic intestina dissoluit. Capricornū euitabis & Taurū: Nauseam eē̄ afferunt. Scis membrū irritandū nō esse/quādo Luna signū occupat membro prefectū (Humores nāq mouet) Sed potius esse fouendū. Hec uero de uirtute & spiritu naturali in iecore precipue dominātibus/que in quattuor officia quæ narrauimus diuidunt: dicta sufficiant. De uirtute uero spirituq uitali in corde uigēte quid nam monemus? Satis id ferme significatū est. Nā per res ī primis igneas & quodāmodo simul aerias hec adiuuantur/quando Luna in domiciliis mā̄sionibusue consimilibus suspicit iouē: precipue si iouem cōplectat & Solem. Virtutē quoq animalem per sensum & motū in capite dominantē cōfirmare potes per aeria in primis/subiunctis igneis: quādo Luna in domiciliis uel sedibus cōsimilibus iouē suspicit: presertim si iouem propemodū/Mercuriūq cōplectitur. Hic uero te moneo/ne Mercuriū putes aqueum esse uel terreum (quod & ego aliquādo suspicatus sum: Alioquin motibus celeritatiq ingenii nō cōferret) Sed quodāmodo aereū esse scias. Nam & ob eandem causam tam mobilis est/tam

facile cõuertibilis: tantũ ingenio confert: pręsertim in Aquario plurimũ aerio cõstitutus. Humor quidẽ in eo temperatus est: Calor exiguus. Sub Sole positus dicit exiccare. Lõgior aũt a Sole factus/humectare putatur. Ibi quidẽ calefacere multũ ex natura Solis. Hic uero calefacere parũ admodũ/& humefacere magis suapte natura. Calore forsan non cedit Veneri. Lunã superat: humore uero cedit utrisq;. Aly probat Mercuriũ qualitates cœlestiũ cõmiscere: quoniã facillime permutet: tum in qualitatẽ termini quẽ subit: tum in naturã stellæ/quã aspicit. Ego igit hunc tam facile permutari puto: quia nec excellentẽ potestatẽ quã iupiter habet/nec excedentẽ qualitatẽ/quam plęraq; cœlestia/per quã alterationi resistat. Deniq; ꝓbabile est Mercuriũ assiduũ Solis achatem/multas illius uires habere: Ideoq; sperari Solaria quędã a Mercurio posse. Aliquãdo uero & Martẽ tradunt/Solẽ in quibusdã muneribus imitari: Ac Venerem quæ ad Lunã pertinent/elargiri. Hęc igit in agendo memineris. Neq; negligas unq̃ terminos. Aiunt eñ planetas in diuersis terminis ceu lucidis atq; tenebrosis opposita facere. Deniq; ubi Martẽ times/oppone Venerẽ: Vbi Saturnũ/adhibe iouem. Ac da operã ut in perpetuo quodã ꝓ uiribus motu uerseris: tantũ defatigatione uitata: Vt & propriũ motũ externis motibus clam nocituris opponas/& cœlestẽ actũ ꝓ uiribus imiteris. Qđ si poteris spacia motibus ampliora peragere: sic & cœlum potius imitaberis/& plures cœlestiũ uires passim diffusas attinges.

Quõ membra foueant in nobis per cõparationẽ Lunæ ad signa & ad stellas fixas: Ca. vij.

t Otum queadmodũ diximus corpus fouere poteris: caput uero potissimũ si planetas obseruaueris in Ariete: uel in suo quęq; domicilio primo: Pręcordia si in Leone: Stomachũ iecurq; si in Cancro atque Sagittario/aut saltem in Virgine: Et accępe

ris ea quæ proprie membrū petūt. Expedit quoq3 nos-se quæ quisq3 planeta membra in signo quolibet habe-at. Potes etiā proprie ꝓ ætatis discrimine cōsulere uni-cuiq3 per quattuor ætates Lunę. Hęc enim a nouilunio usq3 ad quadraturā primā iuuenis est. Deinde ad pleni-lunium est iuuenis/atque uirilis. Hinc ad quadraturam alteram/uirilis simul atque senilis. Inde usq3 ad coniun-ctionem est senilis. Aetatē itaque Lunæ fœliciter ætati curandi corporis adhibebis: Si tunc aspectū eius ad ali-quam trium gratiarū accęperis. Qui sane aspectus Lu-næ semper & cito gratiosa largit. Neq3 tamen facile ad-modum diuturna uel maxima / nisi pręter intuitū Lu-næ/etiā ipsæ gratiæ mutuo se conspiciant iam/ uel ꝓpe-modum cōspecturę sint/aut tres ipsæ/aut duæ. In primis uero diuturna prębent signa fixa: Leo. s. Aquarius: Tau rus: Scorpius. Si forte non possis in pręsentia Lunā ad planetas gratiosos oportune dirigere/stellas elige fixas gratiarū naturā id est iouis aut Veneris aut Solis habē-tes: & ad eas directam Lunam elige. Tutius tamen est/ Lunam interea iouem ꝓpemodum adire uel Venerē. Stellæ nanq3 fixæ si solæ spectent / ꝓportionem huma-nam/id est unius hominis nimis exuperant. Proporti-onem uero cum ciuitatibus moderatiorē habēt.

De uirtutibus & usu stellarum fixarum: Capitulum. viij.

t Radūt astrologi maiores quasdā stellas a Mer-curio compertas auctoritatem habere ꝙpluri-mam. Qualis est in Arietis gradu. xxij. umbili-cus Andromade/ Mercurialis atque Venereus. Item in Tauri. xviij. caput Algol/naturā Saturni possidens/atq3 iouis. Cui subesse uolunt adamantem & artemisiam: & audaciam uictoriamq3 pręstare. In eiusdē gradu. xxij. Pleiades/lunare sidus/& Martium. Cui subijciunt cry-stallum: herbā diacedon: semen feniculi. Cōferre putāt ad acuēdū uisū. Qđ aūt nō nulli dicūt cōducere ad de-

monas cōuocandos: figmentū esse iudico. Aldeboran primo uel tertio geminorū gradu Martiū atq; Venereum. Hircus gradu eorundē. xiij. iouius atq; Saturnius. Huic subijciunt Saphyrū/prassiū/menthā/artemisiam/mandragorā. Ad dignitatē & principū gratiā adiuuare cōfidūt: nisi forte eos opinio fallat. illi subesse uolūt rubinum/titimallū/ matrisiluā: Diuitias & gloriā augere. in Cancri. vj. uel. vij. Canis maior Venereus: Pręest berillo/sauinæ/artemisiæ/dracōteæ: Pręstat gratiam. item in. xvij. eiusdem Canis minor Mercurialis & Martius. Cui subesse uolunt lapidē Achatē/ herbā Solsequiā/ & Pulegiū: Atq; gratiā elargiri. in Leonis. xxj. Cor Leonis/stella regia iouialis & Martia. Huic subijci putant lapidē Granatū: celidoniam: masticē. Melancholiā reprimere: Tēperatū gratiosumq; efficere. in Virginis. xix. Cauda ursæ maioris Venerea & Lunaris. Lapidē eius Magnetē putant: Herbā cicoreā & artemisiā. A raptoribus ueneficijsq; tueri. in Libræ. vij. Ala corui dextra. item in eiusdē. xij. & forte. xiij. Ala sinistra/Saturnia simul: & Martia. Eius herbā lapathiū & iusquiamum esse aiūt cum lingua ranæ. Audaciā augere: Fore noxiam. in eiusdē. xv. uel. xvj. Spica Venerea Mercurialisq;. Quā sequatur Smaragdus: saluia: trifolium: promarulla: artemisia: mandragora. Diuitias augeat/& uictoriam: & ab angustia uindicet. Deniq; in eiusdem. xvij. uel. xviij. Alchameth. Huic subdunt iaspidem & plantaginem. Firmare sanguinem sperant: febres omnes expellere. in Scorpiōis quarto. Elpheia Venerea Martiaq;. Secūdū uero cōputationē aliā in gradu eiusdē quinto ē cornea/forsan eadē. Pręsidēs topazio: rorimarino: trifolio: hederę. Augere gratiā/castitatē/gloriā putāt. in Sagittarij tertio: Cor Scorpiōis Martiū atq; iouium. Pręsidens Sardonyo: amethisto: aristologiæ longæ: croco. Opinantur colorem bonum efficere: Animum lætum/sapiētēq; reddere: Dęmonia ꝓpulsare. in Capricorni gradu

ſeptimo Vultur cadens:hāc ſequitur Chryſolithus:Sa/
turegia:Fumus terræ.Stella eſt Mercurialis:atque Ve/
nerea/temperata.In aſcendente medioq; cœlo ꝓdeſt.
Qđ autem excantandi auctoritatem afferre dicant ni/
hilipendo.In aquarij.xvj.cauda Capricorni Saturnia/
Mercurialisq;.Quam ſequitur Calcedonius/maiorana/
nepita/artemiſia/mandragora.Pręſtare in cauſis gratiā
opinantur:Diuitias augere:Hominē ac domum inco/
lumem reddere.In Piſcium tertio humerus equi iouia/
lis/& Martius.Thebit philoſophus docet ad captandā
alicuius ſtellæ modo dictæ uirtutē/lapidem eius accipe/
re/herbamq; eiuſdem:anulūq; aureum facere uel argen
teum:In quo lapillum inſeras herba ſubiecta:geraſque
tangentem.Id autem efficias quando Luna ſubit ſtellā/
aut aſpicit aſpectu trino uel ſextili:Et ſtella in medio ꝑ/
currit cœlo uel aſcendente.Ego uero quæ ad eiuſmodi
ſtellas attinent/in formā potius medicinæ q̄ anuli com/
ponerem/intrinſecus uel extrinſecus adhibendæ/opor
tunitate uidelicet prędicti temporis obſeruata:Tam
&ſi priſci anulos magnifecerint.Nam Damis & Philo/
ſtratus narrant Hiarcham ſapientum Indorum pricipē
ſimili quadā ratione ſeptem anulos confeciſſe/ſtellarū
ſeptem nominibus appellatos:eosq; Apollonio Thea/
neo dediſſe:Qui deīde ſingulos diebus ſingulis geſta/
uerit/iuxta dierum nomina/hos diſtinguēs:Dixiſſe ue/
ro Hiarcham Apollonio auum ſuum philoſophum an/
nos centum atq; triginta uixiſſe:eiuſmodi forſan cœle/
ſti munere frętum.Quo & Apollonius deinde uſus/cē/
teſimo etiam āno(ut aiunt) iuuenem pręferebat.Deni/
q; ſiquid eiuſmodi anuli uirtutis habent ex alto/ id qui/
dem non tam ad animam uel ad craſſum corpus perti/
nere arbitror q̄ ad ſpiritum:calefacto paulatim anulo/
ſic inde uel ſic affectum:ut firmior efficiatur/ aut cla/
rior/uęhementior/aut mitior/ſeuerior/aut lætior.Quæ
quidem affectiones in corpus quidem omnino:&ſi ani/

nam sensualem quodãmodo/plerunq; indulgẽtem corpori transeunt. Qđ autem aduersum demonas aut hostes/aut ad principũ gratiam ꝓfuturos anulos pollicentur:uel fictũ est:uel inde deductum: ꝙ spiritũ interritũ/firmumq; efficiant:uel etiã mansuetũ: obsequioq; amabilem/atq; gratiosum. Iam uero siquid cœlestia preter corpoream ualitudinem/conferre ad ingeniũ/artẽ/fortunam dicerem:ab Aquinate Thoma nostro non dissiderem:qui in libro contra gentiles tertio ꝓbat a corporibus cœlestibus imprimi nõ nihil in corpore nostro:cuius munere disponamur ad eligendũ sepe quod melius est/etiam si rationẽ finemq; nesciamus. Qua quidem in re bene fortunatos appellat(atq; cõsentiẽte Aristotele) bene natos. Addit etiam uirtute cœlesti fieri nõ nullos in quibusdã artiũ effectibꝰ efficaces( ut eiꝰ uerbis utar) sicut miles in uincẽdo:agricola in plantando:medicus i sanando fœlices. Ait enim:Sicut herbæ lapidesq; mirabiles quasdam ultra naturã elementalem uires cœlitus habent/sic homines quoq; in artibus nõ nullos habere. Mihi uero satis fuerit factũ/si cœlestia quomodocunq; quasi per medicinas/siue interiores/siue exteriores ad ꝓsperam conferant ualitudinem:dũmodo interea salutem corporis perquirẽtes/iacturam nullã salutis animẹ faciamus. Nihil omnino tentemus a sancta religiõe ꝓhibitum. Preterea in opere quouis conficiendo/fructũ operis ab eo speremus atque petamus in primis: qui & cœlestia/& quæ cõtinentur cœlo/fecit/& uirtute donauit:mouetq; semper/atq; conseruat.

De dignitatibus planetarũ in signis ad usũ medicinarum obseruandis: Caplm.ix.

Saturni domus/Aquarius & Capricornus: Exaltatio/Libra. Iouis domus/Sagittarius atq; Pisces:Exaltatio siue regnũ/Cãcer. Martis domicilium/Scorpius & Aries. Exaltatio Capricornus. Solis sedes quidem est Leo:Regnum Aries. Veneris ha-

bitaculum/Taurus atq; Libra: Exaltatio Pisces. Mercurij ædes/Virgo atq; Gemini: Regnum/Virgo. Lunæ domus/Cancer: Exaltatio/Taurus. Saturnus & Iupiter triplicitatẽ habent in igneis aereisq; signis. Sol in igneis tantum: Mercurius in aerijs solum. Mars/Venus/Luna in aqueis atq; terreis. Planetæ quilibet preter Solem ac Lunam/in quolibet signo fines quosdam suos possidẽt: quos & terminos appellamus. Igitnr in Ariete Iupiter sex ibi primos terminos obtinet: Venus sex ide sequẽtes: Mercuri⁹ posteriores octo: Mars quinq; deinceps: postremos quinq; Saturnus. In Tauro ordine deinceps simili Venus fines habet octo: Mercurius sex: Iupiter octo: Saturnus quinq;: Mars denique tres. In Geminis Mercurius sex: Iupiter sex: Venus quinq;: Mars septẽ: Saturnus sex. In Cancro Mars septem: Venus sex: Mercurius totidem: Iupiter septẽ: Saturnus quattuor. In Leone Iupiter sex: Venus quinq;: Saturnus septẽ: Mercurius sex: Mars totidem. In Virgine/Mercurius septem: Venus decem: Iupiter quattuor: Mars septem: Saturnus duos. In Libra/Saturnus sex: Mercurius octo: iupiter septem: Venus totidem: Mars duos. In Scorpione Mars septem: Venus quattuor: Mercurius octo: Iupiter quinque: Saturnus sex. in sagittario/iupiter duodecim: Venus quinque: Mercurius quattuor: Saturnus quinque: Mars quattuor. in Capricorno/Mercurius septem: iupiter septem: Venus octo: Saturnus quattuor: Mars totidem. In Aquario/Mercurius septem: Venus sex: Iupiter septem: Mars quinque: Saturnus totidem. In Piscibus/Venus duodecim: Iupiter quattuor: Mercurius tres: Mars nouem: Saturnus denique duos. Sol autem & Luna alia ratione fines suos habent. Nam Sol quidem signa sex pro finibus habet/Leonem/Virginẽ/Libram/Scorpium/Sagittarium/Capricornum. Luna uero reliquos/Aquariũ/Pisces/Arietem/Taurũ/Geminos/Cancrũ. Solem igit̃ atq; Lunã in his signis cũ prin-

cipatum effectumq; quem reliqui planetæ in suis finib⁹ habere putant. Pręter fines habent in signis suas planetæ facies: quas gręci Decanos nominãt / decem occupantes signi gradus. In Ariete facies prima Martis: Secũda Solis: qui Martem in cœlo sequitur. Ordine Chaldęorum tertia Veneris: quæ Soli succedit in cœlo. In Tauro prima facies Mercurij / sequentis Venerem: Secunda Lunæ / quæ Mercurio succedit: Tertia Saturni. Ad hunc enim redeundũ est / impleto iam numero planetarum. In Geminis prima Iouis / sequentis uidelicet Saturnum: Secunda Martis: Tertia Solis eodem ordine / similiterq; deinceps.

Quõ planetis uti debeamus in medicinis: Ca. x

c Ommemorauimus autẽ quas in signis planetæ dignitates habent: ut quotiens facturi compositurię sumus quæ ad planetam aliquẽ attinent / sciamus eum in suis dignitatibus collocare: Pręsertim quando habuerit in nostra reuolutione & genesi principatum: ut etiam Saturnus atq; Mars / alioquin deprimendi nobis tamen sint erigendi si genituræ nostræ significatores extiterint. Maxime uero operę preciũ ex hac cõmemoratione fecerimus si quando usuri in medicinis conficiendis beneficio Lunæ / & Veneris / atq; Iouis / cauebimus ne in finibus Saturni uel Martis existant: nisi forte ubi cogimur / uel per Saturnum cohibere dissolutionem æstumq; reprimere / uel per Martem frigidissima calefacere: torpentia suscitare / alioquin fines Iouis & Veneris eligemus. Accipiemus quoq; Mercurij fines / Mercurialibus in primis hominibus ꝓfuturi. Neq; latere nos debet homines ualde Mercuriales / quales sunt / qui ingenio / artificio / eloquio pollent: non mediocriter esse Solares. Mercurius enim semper est Apolline plenus. Vt autem quiuis intelligat quomodo figuras in cœlo describamus in oras: Signum quod ab oriente surgit primã appellam⁹ uitæq; domum. Quod

succedit in ortū/secundā tertiāq; deinceps aliasq; simi/liter: Ita ut septima domus sit signū/qđ in occidēte iam descendens opponit̄ ascendēti. Huic octaua succedit. Nona uero e medio cadit cœlo: qđ decimā domū effi/cit. Huic succedit undecima. Sed duodecima cadit ab ascendēte. Vt igit̄ planetæ sint potētes/habendi sunt in angulis uel orientis/uel occidētis/uel medij utrinq; cœ/li. Maxime uero in angulo ascendētis/aut decimæ/me/dium supra caput obtinētis cœlū/aut saltē in plagis quæ angulis mox succedūt. Tametsi Solē quidem in nona quæ a medio cadit cœlo: Lunā uero in tertia etiā caden te gaudere putant. Duas inter hæc regulas mēte teneri astrologi uolunt. Vnā quidē ægrotantis ratione: Alterā uero medici. Nempe ubi ægrotantis septima dom⁹ per Saturnū uel Martē infortunata ē: uel dn̄s eius infœlix: separa medicū ab ęgroto/si Ptolemęo credis. Præterea medicū electurus Saturniū Martialemq; declinare iu/bent: eūq; perqrere: in cuius genitura domus sexta per aspectum Solis/uel per Venerē aut Iouē quomodocun q; fuerit fortunata. Infortunatū uero dicimus signū uel planetā per Saturnū/aut Martem: nisi ꝓpria domicilia sint/uel regna: quādo uidelicet uel ibi sunt uel illuc aspi/ciūt opposito/ul' quadrato. Oppositū uero aspectum di cimus inter illa quæ interuallo discrepant q̄ longissimo. Quadratū uero/ubi hoc ab illo quarta parte cœli: id est signoꝝ trium spacio distāt: Minus tamē per cōiunctio/nē oppositum quadratū Saturnus & Mars planetis ali/is nocent: quādo tanq; hospites eos domicilio ul' regno suo termino ue suscipiūt. Queādmodū planetæ fœlices magis ꝓsunt/quādo præter sextilē trinū ue aspectum/at q; cōiunctionē/etiam ut diximus sic excipiunt: Solis ta men cōiunctionē planetæ uerent̄: aspectu gaudent/tri/no uidelicet uel sextili. Proinde necessariū est meminis se Arietē præesse capiti atq; faciei: Taurum collo: Gemi nos brachijs atq; humeris: Cancrū pectori/pulmonib⁹/

stomacho/lacertis: Leonē cordi/& stomacho/atq̧ iecori/& dorso/& costis posterioribus: Virginē intestinis & fundo stomachi: Libram renibus & femori atq̧ natib⁹: Scorpionē genitalibus uuluæ/matrici: Sagittariū femori atq̧ subinguinib⁹: Capricornū genibus: Aquariū cruribus tibijsq̧: Pisces pedibus. Huiusẽ em̄ ordinis memor cauebis mēbrū tangere ferro/uel igne/uel cucurbitulis/quādo Luna sub ei⁹ signo discurrit. Tūc em̄ auget Lūa humores in mēbro. Quoꝝ affluentia & consolidationē ꝓhibet/& grauat mēbri uirtutē. Obseruabis autē tunc mēbrū remedijs qbusdā amicis uel extra uel intus adhibitis oportūe fœliciterq̧ fouere. Expedit uero nosse qđ signū adscenderit tibi nascenti. Nā præter arietem hoc etiā tibi caput significat: atq̧ i hoc Luna tibi caput aspicit. Præterea quādo Luna arietē subit/oportune balnea tentas & lauacra: Quādo cācrū/fœliciter minue sanguinem: Medicinā accipe/præsertim electuarij formā: Qñ est in leone ne ꝓuoca uomitū: Cū in libra/clysterib⁹ apta est: In scorpione balnea nec tentes. Sunt qui medicinā soluturā dare nec ꝓhibent/neq̧ iubent. In capricorno medicinā sumere nocet. Similiter in aquario. In piscibus uero ꝓdest. Quæ uero membra in quouis signo unusquisq̧ habeat planetarū/& si scitu necessariū/est tamen narratu ꝓlixū. Neq̧ uero in purgatiōe alui latere nos debet Ptolemęi pręceptū: Medicinā accipere purgatoriā/quādo Luna est in cancro/piscibus/scorpiōe ꝓbamus: præsertim si dn̄s signi tunc ascendentis applicet se planetæ sub terra currenti. Sin autē ascēdentis dn̄s cō iungat̄ interea supra caput cū planeta mediū tenēte cœlum: nausea statim & uomitus incitabit̄. Deniq̧ concludamus cū Galieno astrologiā esse medico necessariam: qui de criticis diebus disputās ait/certā esse ægyptiorū sentētiā: id est Lunā significare affectionē indies ægrotantis/atq̧ sani/adeo ut si misceant̄ cū Luna radij Iouis & Veneris/bene afficiatur uterq̧: Sin autē Saturni uel

Martis: contraria ratione se habeat. Sed latius iam ꝑuagati ad spiritū tandē & uitā atq; gratias reuertamur.

Quibus modis spirit⁹ noster haurire plurimū possit de spū uitaq; mūdi: Et q planetę spiritū ꝑcreēt atq; recreent: Et qualia ad unūquēq; planetā pertineāt: Ca. xi.

Hc uero tendunt hæc oīa ut spiritus noster rite per naturalia præparatus atq; purgatus accipiat ab ipso uitæ mundanæ spiritu plurimū ꝑ radios stellaꝝ oportune suscæptos. Vita quidē mundi oībus insita ꝑpagatur euidenter in herbas & arbores: q̄si pilos sui corporis atq; capillos. Tumet insup in lapides & metalla, uelut dentes & ossa. Pullulat quoq; in uiuentes conchas terræ & lapidibus adhærentes. Hæc em̄ nō tam propria q̄ ipsa cōmuni totius uita uiuūt. Quæ sane cōmunis uita multo etiam magis sup terrā in corporib⁹ uiget subtilioribus tanq̄ ꝑpinqoribus aīæ. Per cuius uigor intimū, aq̄, aer, ignis uiuentia sua possidēt: atq; mouent. Vita hæc aerē ignēq; etiā magis q̄ terrā, & aquā fouet agitatq; perpetuo motu. Et deniq; cælestia corpora quasi mundi caput uel cor, uel oculos q̄maxime uegetat. Vnde per stellas uelut oculos radios non uisibiles solum: sed etiā uisuales usquequaq; diffundit. Quibus more struthij, ut dixim⁹ alibi, inferiora conspicit, fouetq; uidendo imo etiā ita tangendo generat & format omnifariā, atq; mouet. Igitur ad motū nitentis aquæ: sereni quoq; aeris: ignisq; moderate distātis: atq; cęli: motum mūdanę uitæ suscipies. Si ipse quoq; leniter, & ferme similiter mouearis: quosdam ꝑ uiribus gyros agēs, uertigine deuitata: cęlestia lustrās oculis, mēte uersans. Itē frequenti quodā usu plantaꝝ similiterq; uiuentium, potes e mundi spiritu plurimū haurire: Pręsertim si adhuc uiuentibus recentibusq; & matri terrę quasi adhuc hęrentibus nutriaris, atq; fouearis. Inter plātas suauiter redolentes: uel saltē nō male olentes uerseris q̄frequētissime. Oēs em̄ herbæ, flores, arbores, poma redolēt:

quis sæpe minus aīaduertas. Quo quidē odore quasi flatu spūq; uitæ mūdanę te undiq; recreāt atq; uegetāt: spiritū inquā tuū odoribus eiusmodi natura simillimū: perq; spūm mediū inter corpus & animā / facile corpus quoq; reficiunt / & animæ mirifice prosunt. Inter hæc di utissime diurno tempore sub diuo uersaberis: qua ten⁹ tuto uel cōmode fieri potest / in regionibus altis & sere/nis / atq; tēperatis: Sic em̄ Solis stellarūq; radij expediti/us puriusq; undiq; te cōtingūt: Spūmq; tuū cōplēt mū/di spiritu per radios uberius emicante. Prẹterea natu/ralis ipse motus aeris / qui perpetuus est in orbē: quis ob lenitatē suam / consuetudinēq; diuturnā uix percipi/atur ab ullo / te die sub diuo deambulantem / habitantē q; in patentibus editisq; locis libere lābit / penetratq; pu re: Ac motū uigorēq; spūi tuo mūdanū mirifice prẹstat. Dixi equidē die. Compertū em̄ habemus nocturnū ae/rem esse spiritibus inimicū: Conferet autē diurni usus: prẹsertim si plurimū in aperto deambulans / deuites pri mo quidē nimiā aeris intēperiem. Deinde frequentius mouearis / in eo quādo præter temperiē & serenitatem eius / stellaꝝ positio magis est hoībus salutaris. Itē si loca eligas præ cæteris odorifera: ꝑ quæ sitū quotidie mutes: & ipe quasi continue / & leniter mouearis. Mutare locū quis semꝑ cū delectu præcepi: quoniā bona cœlestium & uniuersæ naturæ apud nos sunt rebus locisq; alijs pas/sim atq; alijs distributa: qbus deniq; oībus est fruēdū. Mitto q uarietas tædiū ꝓhibet spiritibus inimicū / pro/priūq; Saturno: Voluptatē uero affert: ꝑ quā (ut ita di/xerim) Venus ipsa uoluptatis amica uenit in spiritū: At q; qd' eius officiū est / hūc statim ingressa ꝓpagat. Sum/matim uero siquis consideret paradisum / & pomi uitæ usum apud Moysen: Itē similē uictū a Platone positum in Phędone / & quæ Plinius de populis ait odore uiuen tibus / intelliget eē uera quæ dicimus. Sed ad naturā spi/ritus descendamns. Spūs quidē qualitas est ꝓculdubio

Iouia: Cui⁹ tpe nobis infundit̃. Est & Solaris. Iupiter em̃ hunc infundit / qua tenus ingentē Solis in se tēperat potestatē. Itē alia quoq̧ rōne Iouia est: qm̃ calida est / & humida / & calore abūdat poti⁹ q̄ hūore: nascituꝛq̧ sanguine: & uapor quidā sanguine⁹ appellat̃. Rurs⁹ qm̃ feruet / & subtilis est admodū / atq̧ lucens / orituꝛq̧ corde / Solaris ꝓculdubio iudicat̃. Habet & quodāmodo Venereā in se uirtutē. Nā motu Venereo ꝓrsus exundat / ꝓfluit / trāsfert / ꝓleq̧ ꝓpagat: ad uoluptatē cuiuslibet sensus se dilatat / refugitq̧ dolorē. Sūmatim uero spiritus q̄ tenus corpi ad uitā & motū ꝓpagationēq̧ cōducit / Ioui⁹ / Venereus / Solaris existimat̃: Qua tenus aio ad sensū imaginationēq̧ ministrat / Solaris / Mercurialisq̧ censet̃: & ubiq̧ Mercurialis existit: Quādoquidē adeo mobilis ē & tā facile cōuertibilis / atq̧ formabilis. Saturni / Martis / Lunę sanus cōiter spūs non multū habet. Alioqn ex illo sæpe stupidus / ex hoc furiosus / ex hac obtusus quodam modo foret. Quāobrē Lunaria quidē uelut crassiora simulq̧ humidiora a subtili & uolatili natura spūs sūt admodū aliena. Quæ uero Saturnalia multū / atq̧ nimium Martialia sūt / quasi uenena sunt: spiritui naturaliter inimica. Illa quidē ob extremā frigiditatē / atq̧ siccitatem: hæc autē ob siccitatē / calorēq̧ edacē. Iouia igit̃ & Solaris imprimis. Deinde Mercurialis & quodāmodo Venerea: spūs natura cēset̃. Distinctiōe uero præcipua spiritus quidē naturalis ioui ꝓprie dedicat̃: uitalis autē Soli: aīalis uero Mercurio. Quādo igit̃ res postulat aliquē e tribus spiritū adiuuare / patrono tunc suo infortunato / uel debili / nō facile cliētulo succurrere poteris: Difficillime uero spiritui aīali: dū Mercurius infœliciter est affectus: Qui tantā in aīali spū auctoritatē habet / ut caduceo quodā suo aīos tū cōsopire / tū suscitare dicat̃: id est suo quodā aspectu sic aut aliter se habēte obtundere ingeniū / uł acuere: debilitare / siue corroborare: uexare uł sędare mirifice possit. Tu igit̃ quotiens spiritū aliquem

ſtudes excolere:non modo patronũ ſuũ obſeruabis for
tunatũ atꝗ potentẽ: ſed etiã Lunã eliges ad hũc oportu
ne directã. Nõ creat̃ autẽ neqꝫ recreat̃ aliqñ ꝓprie ꝑ in/
fluxũ Saturni ſolũ ſubſtantia ſpũs:ſed ſemꝑ ab externis
ad intima/& ſępe ab imis reuocat̃ ad ſũma. Vnde ad ſe/
cretiora & altiora cõtẽplanda cõducit. Poteſt tamen &
ſi raro uis Martis atꝗ Saturni ſpiritui tãꝗ medicina ꝓ/
deſſe:uel calefaciendo cũ opus fuerit & excitando atꝗ
dilatando:uł uiciſſim nimis uolatilẽ coercendo. Per ea
uero potiſſimũ quæ quattuor illis planetis conſentanea
ſunt/creatur natura ſpũs/atꝗ recreat̃. Verꝫ ſi ad Solaria
quælibet ualde/ & abſqꝫ delectu declines/ exacues illũ/
& exiccabis tandẽ atꝗ diſſolues. Si ſimilit̃ ad Venerea/
liqfacies paulatim/uel obtundes. Si cõfidas tantũ Mer/
curialibus/parꝫ admodũ inde ꝓficies. Erit igit̃ opepre/
ciũ:iouialibus uti ꝙ plurimũ:eiſqꝫ reliqua mediocrit̃ ad/
miſcere:ac freqñtius uti rebus / quæ uel his oĩbus æque
ſint cõmunes/uel ꝓprię ioui. Nã hæ quoqꝫ oĩb⁹ quodã/
modo ſunt cõmunes. Cõmuniter aũt ad hos oẽs atti/
net/quæ ſubſtãtiã habẽt/nec igneã nimis:nec ꝓrſus ter/
reã:nec ſimpliciter aqueã:nec acutiſſimã: nec obtuſiſſi/
mã qualitatẽ:ſed mediocrẽ:& tactu lenem:& quodãmo
do mollem:uel ſaltẽ nõ durã:ſiue aſperã : itẽ guſtu quo/
dãmodo dulcẽ:olfactu ſuauẽ:uiſu gratã:auditu blandã/
atꝗ iucũdã:cogitatu lætã. Dulcedo igit̃ quædã ſaporis/
& gratia his oĩbus eſt cõmunis. Si dulcedo quaſi aquea
eſt/& ſimul pinguis/ad Venerẽ magis attinet: Si quaſi
inſipida/uel aliquantũ auſtera/potius ad Mercuriũ. At/
ꝗ hæc ſpiritui nõ multũ ꝓſunt: neceſſaria tamẽ ſũt ĩter/
dũ/ad hebetandũ nimiũ eius acumẽ. Si dulcedo manife
ſta ſit/atꝗ ſubtilis/ & paulũ habeat ſtiptici acutiqꝫ ſapo/
ris/Iouialis ꝓprie iudicat̃. Cui congruit ſubſtantia dul/
cis amygdalæ:pinei nuclei:auellanæ:piſtacij:amidi:gly/
cirhiçæ:paſſularũ:uitelli oui:carniũ gallinacei pulli:faſi/
anaꝝ:pauonũ:perdicum:ſimiliũqꝫ. Item radicum been/

atq; enulæ. Rursum uini odoriferi/clari/aliquātū dulcis/
& stiptici: sacchari candidissimi: tritici albissimi. Ad Io/
uem ꝑtinet etiā manna/si modo myrobalani infusa ꝟtu
te firmet̃: Alioquin non minus ad Venerē attinet ꝙ̄ ad
Iouem. Hæc est utiq; substantia dulcedoq; iouis ꝓpria:
quæ sane spiritui creando & recreando ante oīa con/
fert. Iouia uero plurimū sunt oīa: quæ in libro de lōga
uita diximus/& seruare iuuētutē/& senibus salubria fo/
re. Sin aūt dulcedo admodū pauca sit/multūq; acuti sti/
pticiq; habeat/uł etiā nō nihil amari/Solaris esse cense/
tur. Similis quædā ratio est/& distinctio de odoribus.
Hi eñ sapoꝝ germani sunt. Similis etiā de colorib⁹. Co
lores sane aquei/albi/uirides/aliquātū crocei/similes ui/
olarū/rosaꝝ/lilioꝝ coloribus: necnon odores eiusmodi
Venerē referunt/& Lunā atq; Mercuriū. Colores uero
saphyrij/qui etiā dicunt̃ aerei. Itē purpurei pleniores/
aureiq; argento mixti/& ꝑpetuo uirides/iouē. Ardētes
autē crocei: aurei puri: purpurei clariores/Solem. Qui/
libet ꝟo colores si uiui sint uel saltē sericij/magis stella/
res existūt. In metallis quoq; & lapidibus atq; uitris ꝓ/
pter cœlestem similitudinē sunt potentes. Sed ut rede/
amus ad iouē: sapor & odor eius quasi est/qualis in au/
reo pomo ꝑsico/similiq; piro/uel arāceo/& uino malua/
tico leuiore/leuiq; uernaceo. Qualis i uiridi zinzibere/
uel cinamomo/uel dulci marathro/uel doronico: si hæc
plurimo saccharo condita gustent̃. Nā quattuor hæc/&
nux muscata recens sola si sunt/potius Solaria sunt: So/
laris & chariophilus/& muscus/sed odoratu non gustu/
nō aspectu. Ambra Solaris plurimū atq; Iouia. Croc⁹ in
oībus est Solaris: tāetsi color eius/& odor apud astro/
logos oībus gratijs dedicat̃. Sapor autē ad Solem ꝓ/
prie ꝑtinet. Deniq; oīa odorifera & aromatica: q̄ ten⁹
odorē gratū ferunt: ita ad Iouem Venerēq; & Mercuri/
um ꝑtinent/ut ad Solē. Quāuis inter hæc acutiora ma/
gis ad Solem: obtusiora ad Venerē/Mercuriūq; poti⁹:

Ad Ioue͂ ꝓprie te͂perata/olfactu/gustu/auditu/uisu/ ta/
ctu. Soni quinetiã cantusq́ grati blandiq́ ad gratias om
nes spectant/atq́ Mercuriũ: Minaces aũt admodũ atq́
flebiles Martem præferũt/& Saturnũ. Neq́ uero mire/
ris nos multũ coloribus/odoribus/uocibus attribuere.
Nam sapores quide͂ ad spiritũ præcipue ꝑtine͂t natura/
lem: odores aute͂ potius ad uitalem/animaleq́: Colores
figuræ uoces ad animale͂. Motus quoq́ animi uel lætus/
uel mæstus/ uel constans spiritũ ad similitudine͂ suã agi/
tat uehementer. Animale͂ primo: per hunc uitale͂: ꝑ hũc
insuꝑ naturale͂. Spirit⁹ tande͂ oĩs quia ob naturã quo/
dãmodo igneã/ aeriãq́ oĩno/ & lucidã/ atq́ mobile͂/silĩs
e͂ lũinibus: ideoq́ colorib⁹/& uocibus aereis/ & odorib⁹
motibusq́ animi: ideo ꝑ hæc subito in utrãq́ parte͂ mo/
uetur/atq́ format̃. Et qualis euadit ipse/tale͂ uicissim ef/
ficit quodãmodo affectũ animi/ & oĩno corꝑis quali/
tate͂. Deniq́ cũ primũ ꝑ illa/quæ gratiaꝝ ꝓpria sũt: opor
tune gratijs est expositus/ utpote qui & naturaliter illis
cõsentane⁹ erat/statim ꝑ illaꝝ radios/tũ ubiq́ uigentes/
tũ ipsi germanos: mirifica reportat munera gratiarum.

Q᷑ res naturales atq́ etiã artificiosæ hñt ꝟtutes a stel/
lis occultas: ꝑ q̃s spiritũ nostrum stellis eisde͂ exponũt:
Ca.xij.

C Vm uero dicimus spiritũ exponi gratijs per illa
quæ sunt gratiarum: nõ solũ per qualitates: quæ
uident̃/audiũtur/odorant̃/gustant̃: sed etiã per
illas/quæ tangunt̃ accõmodari putamus. Memento igi/
tur calidum in primo gradu Iouis esse. In secundo Solis
cum Ioue. In tertio Martis cũ Sole. In quarto Martis. Fri
gidum in primo Veneris. In secũdo Lunæ. In tertio Lu
næ cum Saturno. In quarto Saturni. Humidũ in primo
Mercurij cum Ioue. In secundo Veneris cum Luna. In
tertio Lunæ cum Venere. In quarto Lunæ/ quãdo Ve/
neri Mercurioq́ coniungit̃. Siccũ in primo Iouis. In se/
cundo Mercurij cum Sole. In tertio Solis cum Marte.

In quarto Martis cum Saturno. Sūmatim ex qualitati/
bus planetarū/quas Ptolemęus describit in quadriperti
to colligimus harmoniā ex cunctis conflatam ad calorē
humorēq; declinare. Calor em̄ Martis ingēs atq; Solis:
& temperatus Iouis ingentē superat Saturni frigidita/
tem:& Veneris Lunæq; exiguam:ita ut calor ibi frigus
excedat. Item humiditas Lunæ Venerisq; plurima &
ꝓpinqua nobis atq; temperata Iouis/siccitatem Saturni
Martisq; multā superat/ & temperatā Solis. Calor igiť
humorq; frigori siccoq; domināť:atq; similiter calor hu
mori. Queādmodū in sani corporis homine ad cœlestē
consonantiā temperato ex calore & siccitate cordis/itē
calore & humore iecoris/rursum frigore & humore ce/
rebri coalescit complexio quædā ad calorē humorēq;
uergens mediocriter calore regnante. Calor em̄ cordis
& iecoris frigus cerebri supat. Item humor iecoris atq;
cerebri siccitatē cordis excedit. Neq; uero prætermissū
a nobis uelim / talem existere ex stellis fixis harmoniā
cūctis cōmunē qualem diximus ex planetis. Hos enim
illis similes astrologi putant. Quorsum hæc? Vt memi/
neris spiritū corpusq; nostrū per temperiē quādā ad ca/
lorem humorēq; uergentē/uel natura constantē uel ar/
te quæsitā accōmodari posse cœlestibus: sibiq; cœlestia
uendicare. Neq; tamen dicimus spiritū nostrū cœlesti/
bus dumtaxat per qualitates rerū notas sensibus præpa
rari: Sed etiam multoq; magis p ꝓprietates quasdā re/
bus cœlitus insitas/ & sensibus nostris occultas/rationi
uix deniq; notas. Nam cū ꝓprietates eiusmodi/earūq;
effectus elementali uirtute constare non possint/conse
quens est/a uita spirituq; mundi per ipsos stellarū radi/
os singulariter ꝓficisci:ideoq; per eas spiritū affici q̄plu
rimū atq; q̄primū:cœlestibusq; influxibus uæhemēter
exponi. Hac utiq; ratiōe smaragdus/hiacynthus/saphy
rus/topaçius/rubinus/unicorni cornu/præcipue uero la
pis bezaar/apud Arabes appellatus:occultis gratiarum

ꝓprietatibus prædita sunt. Et iccirco nõ solum intus as/sumpta: sed etiã si carnẽ tangant: ibiqꝫ calefacta uirtutẽ suam ꝓmant/uim inde cœlestẽ spiritibus inserunt: Qua se contra pestem tuenť atqꝫ uenena. Qđ autem hæc si/miliaqꝫ tale aliquid agant uirtute cœlesti/id argumento est/quia etiã exiguo pondere sũpta nõ exiguũ habẽt in agẽdo momentũ. Quod elemẽtari qualitati uix unqꝫ ẽ cõcessum igni uidelicet ualde cœlesti. Materialis enim uirtus ut agat multũ: materiã desiderat multã: Formalis autẽ etiã cũ minima materia ualet plurimũ. Simili uirtu te imprimis Phœbea Pęonia carnẽ tangens/ contra ca/ducũ morbũ spiritus armat/uapore ad eos intus infuso. Simili corallus & calcidoniꝰ aduersum atræ bilis illusio/nes Iouis præcipue Venerisqꝫ uirtute. Cæteraqꝫ similiť. Eiusmodi quadã ꝓprietate myrobalani iuuentutẽ ser/uant/acuũtqꝫ sensus/& ingenio ꝓsunt atqꝫ memoriæ: ꝓ/pter iouẽ imprimis Saturni temperatorẽ/ atqꝫ Mercu/riũ sensus amicũ. Quã quidẽ arborẽ forte aliquis in pa/radiso ad uitã ꝓrogandã extitisse putabit. Mercurio la pidem achatẽ consecrant: Vnde physici cõueniũt ad fa cundiã uisumqꝫ & cõtra uenena ualere. Serapio scribit/eũ qui hiacynthũ uľ ex eo sigillũ gestat/eẽ a fulgure tu/tum: atqꝫ hanc uirtutẽ eius esse latissime diuulgatã. Quã si habet/ab ioue putamus habere. Lapis aetites uľ aqui linus habet a Lucina: id ẽ Venere atqꝫ Luna/ ut admotꝰ uuluę/partũ mox/& facillime citet. Qđ Rasis cõfirmãte Serapione frequẽter se dicit expertũ. Forsan & a Phœ/bo qui transfixit Pythonẽ cretea dictamus habet/ ut & uenenosis obsistat: & ferrũ e uulnere trahat. Solis uirtu te zinziber infusum epulis arcet syncopim. Sentiana ca nis rabiem sędat: fugatqꝫ serpentes. Berbena uaticiniũ præstare ferť/læticiãqꝫ/& expiationes: & uisum. Ruta & zedoaria cõtra uenena theriacã agũt. Tus uitalem & animalẽ spiritũ aduersus hebetudinẽ/obliuionẽ/timorẽ fulcit. Saluia uero mẽthaqꝫ uirtute iouis/illa quidẽ para/

lysim fugat: hęc uel odore roborat aīm. Eadē uirtute Pētaphillon resistit uenenis: eiusq; foliū bis quotidie unū uino bibitū curat ephimerā: tria tertianā: quattuor ꝓo quartanā. Hac herba sacerdotes antiqui ꝓpter puritatē suā in purificatiōib⁹ utebanť. Agnus cast⁹ potestate Saturni Venereū sistit motū: Hiaspis uero sanguinē. Mirabiles aūt ꝓuenire solent effectus/ubi occultæ ꝓprietati ꝓprietas seruit elemētalis/ uelut in myrobalano ad spiritū corpusq; firmandū: nō solū uirt⁹ illa cœlestis agit/ sed etiā stiptica multū: nec paꝝ aromatica uirt⁹: quæ putrefactionē dissolutionēq; mirifice ꝓhibet/spiritūq; corroborat. Iā uero ut crocus petat cor/spiritū dilatet/ꝓuocet risum: nō solū occulta Solis uirt⁹ mirabiliter efficit: sed ad idē quoq; conducit ipsa natura croci subtilis/amplificabilis/aromatica/lucida. Qđ aūt de simplicibus dico/de cōpositis similiť dictū itelligi uolo. Dic age Theriaca quō cōtra uenenū nobis opituleť. Non educit illa uenenū. Astringit em̄ aluū: nō mutat om̄ino tam subito ueneni naturā. Nō em̄ hæc adeo debilis est/atq; mutabilis: Sed spiritū uitalem potius ualde tenuem/& mutabilem: subito cōformi quadam ad ipsum proportiōe corroborat usq;adeo / ut ipse iam ualidus tanq; agens / una cum theriaca uelut instrumento: partim superet uenenū: partim mutet: partim a præcordijs arceat. Sed quanam proportione siue uirtute id efficit theriaca? Iouiali simul atq; Phœbea: quam ex commixtione multarū rerum ſm certam proportionem inuicem confusarum sibi uendicauisse uidetur. Est autē in ea uirtus triplex. Hæc ipsa inquam cœlestis: quam modo dicebam. Item cœlestis alia prius in herbis aromatisq; proprietas: quibus electis ipsa rite componitur/quæ uirtuti prius dictę subministrat ad idē. Est insuꝑ alia uirtus in plærisq; partibus eius/elemētalis potius/q; cęlestis. Verūtamē talis: ut spiritui muniēdo cōducat. Stipticā dico & aromaticam qualitatem. Illa quidem spiritum firmat: Ista fouet.

Mirabilē ergo tyriaca uim nacta est contra properantē senectutē atq; uenenū: tribus uidelicet in ea uirtutibus ad idem pariter conspirantibus. Quarū una quidē est cœlestis per artificiosam acquisita cōmixtionē. Alia cœlestis iterum: sed partibus eius naturaliter insita. Alia prorsus elementalis. Sed illa quam prius dixi/cœlitus acquisita/ multo etiā foret admirabilior: si nō solum proportione iouia Solariq;/& ex reb⁹ eiusmōi cōflaret: sed etiā oportunū ad hoc obseruatiōe cœlestiū tps eligeret. Nā quēadmodū corp⁹ se habet ad locū/atq; tps/ita mot⁹ & actio se habet ad tēpus. Sicut ergo certa passim corpora eorūq; formæ certis & locis/& tēporibus coalescūt/atq; seruantur: sic & proprie quædā actiones ex proprijs quibusdā tēporibus efficaciam nanciscuntur: Idq; in Alcibiade significat Socrates: & Procul⁹ explicat. Quod sane Pythagoras animaduertens/ipsum bonū perfectionēq; rerū/ oportunitatem cognominauit. Primū nanq; principiū sic apud Pythagoram & Platonem omniū est mensura/ ut alijs corporibus actionibusq; alia loca distribuerit atq; tempora. Vnde sicut res quædā nō alibi q̄ hic/nec alias q̄ tunc proprie nascunt̄ fœliciter/& coalescunt/atq; seruantur: sic & materialis actio/motus/euētus talis/aut talis/nō alias efficaciā sortit̄/effectūq; perfectū/ q̄ qn̄ cœlestiū harmonia ad idem undiq; consonat: quæ sane harmonia tantam habere potestatem existimatur/ut uon solum agricolarum laboribus/atq; medicorum artificijs per herbas aromataq; conflatis: sed etiam imaginibus: quæ apud astrologos ex metallis lapidibusq; fiunt/ uirtutem sæpe mirificam largiatur. Sed imagines caput iam proprium exigunt. Quantum uero ad horas pro actionibus & operibus eligendas pertinet/plurimum confirmatur a Ptolemæo/ubi ait in Cētiloquio: Qui eligit quod melius est/nihilo differre uidetur ab eo/qui habet hoc ex natura. Quibus in uerbis tum cœlestium/ tū arbitrij electionisq; nostræ potestatē cōfirmare uidet̄.

Albertus quoqȝ magnus inquit in ſpeculo: Nō em̄ liber-
tas arbitrij ex electione horæ laudabilis coercetur: Sed
potius in magnaꝝ reꝝ inceptiōibus electionē horæ cō
temnere: eſt arbitrij præcipitatio nō libertas.

De uirtute imaginū ſcḋm antiquos / atqȝ medicinarum
cœlitus acquiſita: Ca. xiij.

P Tolemæus ait in Centiloquio / reꝝ inferioꝝ effi
gies uultibꝰ cœleſtibus eſſe ſubiectas: Antiquoſ
qȝ ſapientes ſolitos certas tūc imagines fabrica-
re / quādo planetæ ſimiles in cœlo facies / quaſi exēplaria
inferioꝝ ingrediebāt̄. Qḋ quidē Haly cōprobat ibi di-
cens: Vtilem ſerpentis imaginē effici poſſe: quādo Lu-
na ſerpentē cœleſtem ſubit / aut fœliciter aſpicit. Similit̄
ſcorpionis effigiē efficacē: quādo ſcorpij ſignū Luna in-
gredit̄: ac ſignū hoc tenet angulū ex quattuor unū. Qḋ
in ægypto ſuis tp̄ibus factum ait: ſeqȝ īterfuiſſe: ubi ex ſi-
gillo ſcorpionis in lapide bezahar / ita facto / imprimeba
tur turi figura: dabaturqȝ in potū ei / quē ſcorpiꝰ ipſe pu-
pugerat: ac ſubito curabat̄. Qḋ quidē utiliter effici Ha-
hamed phyſicus affirmat / cōfirmante Serapione. Præ-
terea narrat Haly / notū illic ſibi uirū ſapientē induſtria
ſimili feciſſe imagines quæ mouerent̄: qualem effectam
neſcio quō legimꝰ ab Archita. Quales & Triſmegiſtus
ait: ægyptios ex certis mūdi materijs facere cōſueuiſſe:
& in eas oportune animas dæmonū inſerere ſolitos: at-
qȝ animā aui ſui Mercurij: itē Phœbi cuiuſdam / & Iſidiſ /
Oſyridiſqȝ ſic in ſtatuas deſcēdiſſe ꝓfuturas hominibꝰ:
uel etiā nocituras. Huic illud ſimile: Prometheū figmē-
to quodā luteo / uitam rapuiſſe / luceqȝ cœleſtem. Magi
quinetiā Zoroaſtris ſectatores / ad euocādū ab Hecate
ſpiritū utebant̄ aurea q̄dam pila characteribuſ inſignita
cœleſtiū: Cui & ſaphyrus erat inſertus / & ſcutica quadā
facta tauri corio uertebatur: atqȝ interim excantabant:
Sed cantiōes equidē libenter obmitto. Nam & Pſellus
Platonicus eas improbat / atqȝ deridet. Hebræi quoqȝ in

ægypto nutriti/struere uitulũ aureũ didicerũt:ut eorũ de astrologi putãt ad aucupãdũ Veneris Lunæq̧ fauo/ rẽ cõtra Scorpiõis atq̧ Martis influxũ Iudæis infestũ. Porphyrius quoq̧ in epistola ad Anebonẽ/imagines ef ficaces esse testat̃:additq̧ certis quibusdã uaporibus q̃ a ꝓpriis suffumigatiõibus exhalabant aerios dæmonas insinuari statim cõsueuisse. Iamblichus in materiis quæ naturaliter superis consentaneæ sint/& oportune riteq̧ collectæ undiq̧ cõflatæq̧ fuerint/uires effectusq̧ nõ so/ lũ cœlestes/sed etiã demonicos/& diuinos suscipi posse cõfirmat. Idẽ omĩno Proculus/atq̧ Sinesius. Opa quidẽ ad salutẽ mira/quæ a medicis in astrologia ꝑitis/per res ex multis cõpositas:id est pulueres/liquores/unguẽta/ electuaria fieri possũt:ꝓbabiliorẽ in se rõnẽ & notiorẽ q̃ imagines habere uidẽt̃: Tũ quia pulueres/liquores/ unguẽta/ electuaria oportune cõfecta cœlestes influx⁹ facili⁹ citiusq̧ suscipiũt q̃ materiæ duriores:ex qb⁹ ima/ gines fieri cõsueuerũt:tũ q̃a uel assumunt̃ int⁹ affecta iã cœlitus:& in nos cõuertunt̃/uel saltẽ admota foris inhæ rent magis/& deniq̧ penetrãt:tũ etiã q̃m ex uno quodã dũtaxat/aut ꝑpaucis imagines construũtur. Illa uero ex q̃plurimis cõflari ꝓ arbitrio possũt. Vt si centũ Solis Io uis ue dotes ꝑ centũ plantas & aĩalia similiaq̧ sparsæ fu/ erint/cõponere simul hęc centũ tibi compta possis/& in unã cõficere formã:In qua Solẽ ferme Iouẽq̧ totũ iã ui/ dearis habere. Scis ꝓfecto naturã inferiorem/nõ posse uno quodã cape cũctas supioris naturæ uires: Ideoq̧ il/ las ꝑ plures apud nos naturas esse dispsas: Cõmodiusq̧ ꝑ opa medicoꝝ/atq̧ similia/q̃ ꝑ imagines colligi posse. Proinde imagines ex ligno cõfectæ uim forte puã hñt. Nã lignũ & forsan durius est ad cœlestẽ influxum facile capiendũ:& minus tenax/si accæpit/retinendũ:& oĩno postq̃ ex matris terræ uiscerib⁹ ẽ euulsũ:paulo post fer/ me totũ amittit mũdanæ uitæ uigorẽ: & facile in q̃litatẽ aliã trãsmutat̃. Lapilli uero atq̧ metalla/ & si ad accipien

dū cœleste mun⁹ duriora uident̄/diuti⁹ tn̄ retinēt/quod cōfirmat Iamblichus/si accæpint. Sua nēpe duricia uestigia quoq; donaq; uitæ mundanæ post euulsionē diutissime cōtinent quæ quondā hærētia terræ possederāt. Quāobrem ob hoc saltē aptæ materiæ ad capiēda tenēdaq; cœlestia iudicant̄. Est & ꝓbabile qđ libro supiore dixi/res adeo speciosas nō posse sub t̄ra cōflari/nisi maximo quodā conatu cœli: atq; durare in eis impressam semel ex conatu uirtutē. Nā in his coquēdis cogēdisq; diutissime cœlū elaborauit. Veꝝ cū nequeas facile eiusmodi plura cōpōere: cogeris diligēter exqrere: qđ metallū inter cætera in ordine sit alicuius stellæ potissimū: que lapis in ordine sūmus/ut saltē in uno quodā toti⁹ generis ordinisq; supmo reliq ꝓ uiribus compĥēdas: atq; eiusmodi suscæptaculo cœlestia huic cōsentanea mutueris/ceu si ex ēpli causa in ordine Solari/sub hoie Phœbeo summū inter aialia teneat astur/aut gallus. Inter plātas balsamū aut laurus. Inter metalla aurū. Inter lapides carbuncul⁹uel pātaura. Inter elementa feruidus aer. Nā ignis ipse Martius esse censet̄. Qđ autē dixim⁹ influxū Solis uel Iouis aut Veneris augendū/intelligimus rōne cōmuni: nō tamē illi in cui⁹ genesi aliquis horum interfector appareat.

De ordinibus rerū a stellis pendentiū ut Solariū atq; similiū: & quō spiritus fiat Solaris: Ca. xiiij.

dIxi eqdē alibi desup ab unaqq; stella (ut platonice loqr) seriē reꝝ illi ꝓpriā usq; ad extrema pēdere. Sub ipso Scorpiōis corde post eiusmodi dæmonas atq; hoies: Scorpiūq; aial collocare possum⁹ etiā herbā Asterion: id ē stellarē figura stellæ similē/nocte fulgētem: quā medici tradūt qualitatē habere rosæ/uimq; cōtra morbos genitaliū mirabilē possidere. Sub serpente uel serpentario cœlesti Saturnū ponūt: & quodāmodo Iouē. Postea dæmonas: q sæpe serpentū formas induūt. Similes insup hoies serpentes aiantes: serpentariā her-

bã:lapidẽ draconitẽ/capite draconis natũ.Itẽ cõi nomĩe serpentinum.Et præter ea quæ in sequentibus afferam. Sub stella Solari:id est Sirio Solem primo:deinde dæmonas quoq; phœbeos:quos aliquãdo sub leonum uel gallorum forma hominibus occurrisse testis est Proculus. Hoĩes subinde psimiles bestiasq; Solares. Phœbeas inde plantas/metalla similiter & lapillos/& uaporẽ aerem q; feruentẽ. Simili rõne a qualibet firmamẽti stella p aliquẽ planetã existimant contextũ rerum gradatim sub illi⁹ pprietate descendere. Si igit̃ ut dicebã Solaria oĩa p gradũ eius ordinis quẽlibet oportune cõprehenderis: homines uidelicet tales/uel talis hominis aliqd:Itẽ bruta/plantas/metalla/lapillos/& quæ ad hæc attinent/ uirtutẽ Solis usq;quaq; cõbibes:& quodãmodo naturalem Solariũ dæmonũ facultatẽ. Similiterq; de alijs dictũ puta. Solares quidẽ homines sunt/quales antea dixi:& qui ascendente Leone/Soleq; hunc uel tenente uel aspiciente nascunt̃:& qui sub Ariete similiter. Solaris est & sãguis e sinistro eorum bene ualentiũ brachio missus. Phœbeus crocodilus/astur/leo/gall⁹/& cygnus & coru⁹. Nec alia ratiõe leo uereẽ gallum:nisi quoniã in ordine Phœbeo gallus est leone supior. Eadẽ rõne inquit Proculus Apollineũ dæmonẽ/qui nõnunq; apparuit sub figura leonis/statim obiecto gallo disparuisse. Maxime uero in his aĩalibus cor est Solare. Arbitror etiã marinũ uitulũ cœlestis leonis cordi subesse:& hac ipsa rõne/coriũ eius quẽ cingit nudũ fibula eiusdem osse confecta/a renũ dolore redimere. Nã contra dolorem eiusmodi solẽt astrologi sideris illius influxib⁹ uti. Eadẽ forte rõne fert̃ hæc pellis a fulgure nos tueri. Inter plantas/palma phœbea est:& imprimis laurus/qua uirtute uenenosa repellit/& fulgur. Fraxinus quoq; simili facultate uenenosa longi⁹ arcet. Loton esse phœbeã/rotunda tũ folia/ tũ poma testant̃:& explicatio foliorum ei⁹ die/replicatio nocte. Peoniã Phœbeã esse nõ solum uirt⁹ indicat: sed & nomen.

Ad idem attinent flores & herbæ quæ restringunt̃ abeunte Sole: redeunte ꝓtinus explicant̃: & ad Solem cōtinue uergūt. Aurū præterea: & lapis elitis radijs aureis Solē imitās. Lapis itē / q Solis ocul⁹ appellat̃ / figurā hn̄s pupillæ / ex q̄ lumen emicat. Rursū carbūculus nocte rutilans: uel pātaura om̄es in se lapidū uires cōtinēs / ut aurū metalloꝝ / & Sol stellarū. Multa deniq; in sup̄ioribus nobis significata: Vn̄ si mō liceat / sub ī̄perio Solis ex illo sanguine / & aīaliū illoꝝ cordibus / & folijs fructibusq; arboꝝ prædictaꝝ: Itē floribus atq; herbis / & auri folijs / necnō pulueribꝰ lapilloꝝ / electuariū uel ungnentū cōficere poteris: addito croco: balsamo: calamo aromatico: ture: musco: ambra: ligno aloes: zinzibere: mastice: spica nardi: cinnamomo: doronico: citri cortice: çedoaria: nuce muscata: mace: chariophilis cū melle flauo: uł oleo balsamino: masticeo: laurino: nardino: Ad cor / & stomachū / & caput / intus aut extra fouendū: ut sp̄us inde Solaris euadat: Ex his oībus inq; aut saltē ex pluribus componendū dn̄ante Sole aliqd. Quo etiā sub eiusdē dn̄atu incipias uti: dūmodo & Solaria induas: habites: conspicias: audias: olfacias: imagineris: cogites: cupias. Itē imiteris & uita dignitatē & munera Solis. Inter Solares hoīes plantasq; uerseris / laurūq; assidue tāgas. Tutiꝰ aūt ad ualitudinē fuerit / Solaribus admiscere iouialia simul atq; Venerea. Venereā maxime humiditatē Solaris caloris moderatricē: q̄lis est aqua succusq; rosaꝝ / atq; uiolarū. Sed medicinas eiusmodi in libro de curādis lr̄atis primū: deinde in libro de uita longa / partim equidē cōposui: partim ab alijs cōpositas enarraui: partim etiā tēperaui. Itē q̄les herbæ a Sole iouēq; miras contra epidimiā / & uenenū uires habeant / diximꝰ in libro cōtra pestem: inter q̄s Perforata fuga dæmō appellata est. Nec alia facultate q̄ cęlestiū gratiaꝝ noxios maloꝝ dęmonū uapores a nobis arcere putat̃: Et siqua inter herbas alia / uel lapillus / ut corallꝰ idē uideat̃ efficere. Herba ꝓ

fecto Lunaris a Mercurio tradita folijs ceruleis atq; ro/tundis/crescente Luna unũ quotidie ꝓducens folium: decrescẽte deponens / annos utenti ꝓmittit Lunares. Sed iã ad imagines altero quodã exordio redeamus.

De ꝟtute imaginũ ẜm antiquos/atq; medicinarũ: & quõ medicinæ sint lõge ualidiores q̃ imagines: Ca.xv.

S I lapillos quos paulo ante Phœbeos narrauim⁹/ nactus fueris/nihil op⁹ erit/ imagines eis impri/mere. Suspẽdes itaq; collo cõphẽsos auro cro cei serici filis: quãdo Sol sub Ariete uel Leone ꝑcurrit: ascẽditq; uel mediũ tenet cœlũ: aspicitq; Lunam. Mul to uero potẽtiores in serie Lunæ lapillos narrat Procu/lus. Primũ quidẽ Selinitim: Qui nõ modo figura Lunã imitet̃: sed & motu: circũeatq; cũ Luna. Hũc si forte rep pereris/ & argẽto circũdatũ/argẽteo filo collo suspẽde/ris/Luna Cãcrũ/uel Taurũ subeũte/angulosq; tenẽte si/bi cõuenientes/spiritũ inde tuũ reddes/postremo Lũa/rẽ. Dũ uidelicet calefactus abs te lapillus ipse Lunaris uirtutẽ suã tuis assidue spiritib⁹ inserit. Alteꝝ uero recẽ set lapillũ heliofelinon cognomento. Qui Solis Lunęq; cõiunctæ Soli/naturaliter habet imaginẽ. Hũc ergo qs/quis argento inclusũ deaurato similibus collo filis admo uerit/quãdo Luna in domicilio suo uel Solis/in eodem minuto cũ Sole cõgredit̃/suosq; teneat angulos/Solarẽ simul/atq; Lunarẽ spiritũ reportabit/aut saltẽ talẽ/qua/lis euadit Luna ꝑ centrũ copulata Soli. Hic uero tu ui/des dispsas Phœbi dotes: uelut Osyridis mẽbra: sororẽ eius/Phœbem uelut Isidẽ cõgregare. Sed utinã Solarẽ alicubi lapidẽ facile reperiremus / uł Lunarem: adeo in eoꝝ ordine præpotentẽ: queadmodũ sub serie septẽ/trionalis poli magnetẽ habem⁹/& ferrũ. Solarẽ ꝑfecto ferunt inuenisse apud indos Apolloniũ theaneũ lapidẽ scilicet noĩe Pãtaurã/ignis instar micantẽ: sub terra pas/sus quattuor nascentẽ: cui tantũ spirit⁹ insit / ut tumeat: & plærũq; scindat̃ terra/ubi eiusmodi lapis cõcipit̃. Ita

cæteros ad se lapillos trahēs/sicut magnes ferrū. Sed la-
pis hic Herculeus ad se cōtēplandū uæhemēti⁹ adhuc/
nos in præsentia rapit. Videm⁹ in specula nautaꝝ indi-
ce poli/libratū acū affectū in extremitate magnete/ mo-
ueri ad ursam/illuc uidelicet trahēte magnete. Quoniā
& in lapide hoc præualet uirtus ursæ: Et hinc trāsfert in
ferrū: & ad ursam trahit utrunq;. Virt⁹ autē eiusmodi tū
ab initio infusa est/tū cōtinue ursæ radijs uegetat. Forsi
tan ita se habet Succinū ad polū alteꝝ/& ad paleas. Sed
dic iterea: Cur magnes trahet ubiq; ferrū? nō qa simile:
Alioqn & magnetē magnes traheret multo magis: fer-
rūq; ferrū: Nō qa supior in ordine corpoꝝ: imo supius
est lapillo metallū. Quid ergo? Ambo qdē ordine ursā
seqnte claudunt. Sed supiorē in ipsa ursę ꝓprietate gra
dū tenet magnes: inferiorē uero ferrū. Supius aūt in eo-
dē reꝝ cōtextu trahit qdē qd̄ ē inferi⁹/& ad se cōuertit:
uel aliter quomodolibet agitat/aut afficit uirtute prius
infusa. Inferius uicissim eadē ad supi⁹ infusiōe cōuertit/
uel aliter agitat/uel ꝓrsus afficit. Sic in serie Solis infe-
rior hō admirat supiorē. In ordine iouio ueneratur. In
Martio timet. In Venereo inferior ad supiorē rapitur
amoris ardore/deseritq; seipsū. In Mercuriali sp hic dis-
cit/uel psuadet ab illo. In Lunari motū hic ab illo sæpius
exordit: In Saturnali quietē. Ego autē cū hęc explorata
hacten⁹ habuissem/admodū gratulabar/ cogitabāq; iu-
uenis adhuc magneti ꝓ uirib⁹ insculpere cœlestis ursæ
figurā/qn Luna meli⁹ illuc aspiciat: & ferreo tūc filo col-
lo suspēdere. Sperabā equidē ita demū ꝩtutis me side-
ris illi⁹ cōpotē fore. Sed cū diuti⁹ explorassē: inueni tan
dē sideris illi⁹ influx⁹ Saturnales eē plurimū/ atq; Mar-
tiales. Accæpi a Platonicis malos dæmonas plurimū se-
ptētrionales existere. Qd̄ etiā hebræoꝝ astronomi cō-
fitent/noxios Martiosq; dæmonas in septētriōe ponen
tes: Propitios aūt & iouios in meridie. Didici a theolo-
gis & a Iāblicho imaginū fictores a dæmonib⁹ malis oc-

cupari sæpi⁹/atq; falli. Vidi equidē lapillū Florentiā ad/uectū ex india/ibi e capite draconis erutū/rotūdū ad nū mi figurā/pūctis ordine ꝗplurimis quasi stellis natura/liter insignitū: q aceto ꝑfusus mouebat̄ parūper ĩ rectū: ĩmo obliquū: mox ferebat̄ in gyrū/donec exhalaret ua/por aceti. Existimaui equidē lapillū eiusmodi cœlestis draconis habere naturā/atq; quasi figurā: motū quoq; il lius accipe/ q̄tenus p aceti seu uini ualentioris spiritum/ draconi illi siue firmamento familiarior redderet̄. Hūc igit̄ q gestaret & aceto sæpe ꝑfunderet/ uim aliquā for/te draconis illi⁹ acciperet/q geminis amfractib⁹: Hinc q/dē ursam maiorē implicat/inde minorē. Extat & prope Scorpionē serpentari⁹ quasi hō serpente cinctus: manu dextra caput serpentis tenens: sinistra caudā: genib⁹ q̄si flexis: capite paulū resupino. Legi equidē magos persa rū regi cōsuluisse: ut imaginem hanc lapidi imprimeret emathiti: quē aureo clauderet anulo: ita tñ/ut ĩter lapil/lū atq; auꝶ serpentariæ radicē insereret. Hoc eñ anulo gestantē cōtra uenenū morbosq; uenenosos tutū fore: Videlicet si Luna serpētariū aspiciēte feceris. Hāc ima/ginē Petrus Aponēsis cōfirmauit. Ego ꝟo si hāc anulus ille uim habet/arbitror nō tam ꝑ figurā/ ꝗ per materias eiusmodi: & hoc pacto tpeq; cōpositas/sibi cælitus uen dicare. Memēto lapillos nascētes in aīalib⁹ nec inde lan guētib⁹ut in dracone: gallo: hirūdine: cæterisq; efficaces existere ferme/ut lapilli in terra nascentes: atq; ad easdē referri stellas: ad q̄s hæc aīalia ꝑtinēt. Hinc Alectori⁹ ex uentriculo galli ueteris tract⁹ pollet ꝑtāte Solari: ꝑ quā Diascorides ait sæpe cōpertū esse/eū pugnare inuictū: q lapillū hūc ore gestaret. Idem ait: Celidoniū erutū ex hirundine rufū/curare melancholicū/& amabilē/idone/umq; reddere. Qđ quidē habet ex ioue: per ea quæ di/ximus. s. Res ubiq; infra Lunā stellares existere. Cōfir/mat̄ dictū illud ualde Platonicū: hāc mūdi machinā ita secū esse cōnexā/ut & in terris cœlestia sint conditione

terrena: & in cœlo uicissim terrestria dignitate cœlesti: & in occulta mundi uita/menteq; regina mũdi cœlestia insint: uitali tamẽ intellectualiq; ꝓprietate simul/ & excellentia. Per hæc insup confirmant nõnulli etiam illud magicũ: per inferiora uidelicet supioribus consentanea posse ad homines tpibus oportunis cœlestia quodammodo trahi: atq; etiã pcœlestia supcœlestia nobis cõciliari: uel forsan ꝓrsus insinuari. Sed postremũ hoc illi uiderint. Verũ illud arte quadã rite & oportune in unum plurima colligente fieri posse ꝓbabile satis (ut diximꝰ) esse uidet̃: tum rationibus quas in supioribus assignauimus: tũ quia eiusmodi multa/quãdo apud medicum & astrologũ colligunt̃/contundunt̃/cõmiscent̃/concoquũtur sub sidere certo: dum ipsa p se ratione concoctionis atq; fermẽti/nouã paulatim formã subeunt: hanc ipsam acquirunt certo quodã fomento cœlesti/radijs tunc intus agẽtibus: ideoq; cœlestem. Metallũ uero uel lapillꝰ quãdo momẽto sculpitur/nõ uidet̃ nouam accipe qualitatẽ: sed figuram: Neq; motio illa p debitos digestionis gradus/quos alteratio naturalis/atq; generatio solet obseruare/ꝓgredit̃. Cũ uero natura cœlestis tanq̃ inferioris naturæ regula soleat tenore quodã ꝓgredi naturali/& ita ꝓgredientibus aspirare: merito diffidunt plæriq;/imagines eiusmodi cœlestem aliquã uirtutẽ habere. Ego quoq; ambigo sæpius: Ac nisi & omĩs ãtiquitas/ & omẽs astrologi uim mirabilẽ habere putarẽt: habere negarem. Negarẽ equidẽ non omnino. Opinor em̃ nisi quis aliter ꝑsuaserit/ad ꝓsperam ualitudinem saltem aliquã habere uirtutẽ/electæ præsertim ratione materiæ: Tametsi multo maiorẽ inesse pharmacis arbitror: & unguentis sidereo fauore conflatis. Quid uero uoluerim/ ubi mõ dicebã electæ ratiõe materiæ/ in sequẽtibus declarabo. Quæ uero ex magorũ uel astrologorũ opiniõe ad Plotinũ interpretãdũ ꝓ imaginibus allegari possũt/ deinceps breuiter afferam: si te prius hic admonuero:

ne putes ꝓbare me usum imaginũ:sed narrare. Ego em̄ medicinis ad cœlum temperatis/non imaginibus utor. Atq; ita cæteris quotidie consulo. Tu uero si concedis deum rebus infra Lunam mirabiles inseruisse uirtutes/mirabiliores concede cælestibus. Præterea si licere iudicas homini ad ꝓsperam ualitudinē inferioribus uti: iudica supioribus quoq; licere: Atq; inferiora ad superiorum normā:sic medicoꝝ artificio temperare:sicut etiam a deo sunt ab initio temperata.

De potestate cœli. De uiribus radiorũ/unde uim sortiri p utent̄ imagines: Ca.xvj.

i Mmensa ferme cœlestiũ magnitudo uirtus motio facit/ut om̄es omniũ siderum radij terræ molem/quæ quasi punctũ est ad cœlum/mom̄ēto facillimeq;/usq; ad centrũ recti penetrent:qđ om̄es astronomi confitent̄. Ibiq; ut placet Pythagoreis atq; Platonicis fortissimi sint:tum quia recti undiq; cētrũ tangũt: tum quia in angustum collecti sunt cuncti. Quoꝝ uehementia materia ibi terræ sicca ꝓcul ab humore remota/ꝓrsus accenditur:accēsaq; extenuat̄/atq; dispergit̄: per meatus undiq;/& efflat icēdia pariter atq; sulphur. Sed ignem hunc putant ualde caliginosũ esse/& quasi incēdium quoddā luminis expers: sicut in cœlo extat exps incēdij lumē:Ignis autē inter cœlestem atq; infernũ: lumen cũ feruore cōiungit. Putant autē ignem e cētro flātē/ignem esse Vestalem: Siquidē Vestam esse terræ uitam numenq; putabant. Ideoq; Vestæ templũ ueteres ĩ medijs urbibus construebant:ignēq; in medio ꝑpetuũ collocabant. Sed ne ulterius ꝑuagemur/concludamꝰ iā si stellarum radij totam mox terram penetrant/negari non facile posse metallũ atq; lapillũ/quando cęlant̄ imaginibus/subito penetrare:eisq; miras uel saltem qualescunq; imprimere dotes. Quandoquidē & in aluis terræ preciosissima generāt. Sed quis neget ꝑ hæc radios penetrare? Siquidē aer & qualitas eius & sonus minus ef-

ficax solida transit subito / & sua quadã afficit qualitate. Iam uero si duricia radijs obsisteret penetrãtibus lumẽ / multo citius aerẽ ꝙ aquã ꝑtransiret: Et hanc ocyus multo ꝙ uitrum / & uitrũ similiter ꝙ crystallum. At cũ eodẽ momẽto solida / quo liquida cuncta transuerberet / ꝑspicue cõstat duriciã radijs nullo modo resistere: atqꝫ iccirco dicent nõ esse negandũ metalla cœlestiũ radios influxusqꝫ suscipe: Atqꝫ etiam conseruare ad tẽpus tunc sibi cęlitus destinatũ. Cõseruare inqꝫ uirtutẽ quandã ex radiorũ concurrentiũ contactu creatã. Quid uero? Si materia durior hocipso ꝙ uidet̃ obsistere causæ præpotenti / magis ictibus se exponit? Sic ensis lignũ sub lana incidit non incisa lana. Sic radius ille fulmineus corio quandoqꝫ non læso dissoluit in eo metallũ. Cum uero natura cęlestis nostro hoc igne incompabiliter sit præstantior / nõ est putandũ radij cœlestis officiũ esse dũtaxat quale opus ignei radij manifeste uidem⁹. s. illuminare / calefacere / exiccare / penetrare / extenuare / dissoluere: quę nostris sensibus notissima sunt: Sed multo plures mirabilioresqꝫ uires / & effectus habere: Alioquin / & materia inferior / & caducus sensus cũ diuinitate cęli penit⁹ æquaretur. Sed quis nesciat uirtutes rerũ occcultas / quæ speciales a medicis nominant̃ / nõ ab elemẽtali natura fieri: sed cœlesti? Possunt itaqꝫ (ut aiũt) radij occultas / & mirabiles ultra notas imaginibus imprimere uires: Sicut & cæteris inserunt. Nõ eñ inanimati sunt / sicut lucernæ radij: sed uiui / sensualesqꝫ / tanqꝫ per oculos uiuentiũ corporum emicãtes: dotesqꝫ mirificas secum ferunt ab imaginatiõibus mẽtibusqꝫ cęlestiũ. Vim quoqꝫ uæhemẽtissimã ex affectu illorũ ualido / motuqꝫ corporũ rapidissimo: ac ꝓprie maximeqꝫ in spiritũ agunt cœlestibus radijs simillimũ. Agunt insuꝑ in corpa uel durissima. Omnia eñ hæc ad cęlum infirmissima sunt. Sunt autẽ in uarijs stellis uariæ quoqꝫ uires: & iccirco in radijs earũ inter se uarię. Præterea in radiorũ ictibus aliter atqꝫ aliter in-

cidētibus/uirtutes diuersæ nascunt̄. Deniq; in concursi/
bus radioꝝ mutuis/aliter atq; aliter: & hic aut ibi: & tūc
aut alias effectis diuersæ subito uires suboriunt̄: multo
magis atq; citius q̄ in alijs/atq; alijs elemētorū/qualita/
tūq; elemētaliū mixtiōibus. Multo etiā citius q̄ in tonis
& numeris apud musicum aliter & aliter concinētibus.
Si hæc diligēter cōsideraueris: forsitan non diffides: di/
cēt: subito quodam radiorū iactu uires imaginibus im/
primi: atq; ex diuerso iactu diuersas. Nūquid ergo tā ci
to? Mitto fascinationes repētino quodā intuitu factas:
& amores acerrimos statim accēsos radijs oculorū/qui
& ipsi sunt fascinamēta quædā/quod in libro de amore
ꝓbamus. Mitto q̄ cito rubēs oculus inficiat intuētem/
& speculū intuens fœmina menstruosa. Nonne & fami/
liæ quędā apud Illyricos & triballos iratæ intuitu homi/
nes interemisse ferunt̄? Et fœminę quędā in scythia idē
facere cōsueuisse? Et catoblepe reguliq; serpētes radio/
rū ex oculis iactu homīes perimūt. Torpedo quoq; ma
rina tactu etiā ꝓcul ꝑ uirgam manum subito stupefacit.
Echinnus præterea pisciculus grandē solo tactu nauem
sistere fertur. Phalangia quinetiā in apulia ictu quopiā:
uel occulto spiritū animūq; repētino stupore ꝑmutant.
Quid rabiosus canis facit/uel nō apꝑente morsu? Quid
scopa/deinde quid arbutus? Nonne leuissimo tactu ue/
nenū concitant atq; rabiem? An ergo negabis cœlestia
oculorū suorū radijs/quibus nostra contuent̄ simul atq;
cōtingunt/statim miranda perficere? Iam uero grauida
mulier tactu statim signat mēbrū hois nasciturī rei desi
deratæ nota. An uero dubitabis/radios aliter alit̄ ue tan
gētes diuersa conficere? Cū & tu helleborū herbā colli/
gēs: siue foliū deorsū trahas: siue sursū: hoc subito tactu:
causa sis helleboro/ut deorsū educat humores/aut sur/
sum? Nōne ab initio rei cuiusq; generādæ celestes īflu/
xus concoctione materiæ digestioneq; perfecta non tā
tēpore q̄ momēto dotes mirificas largiunt̄? Nonne suf

fragante cęli uultu innumerabiles sæpe ranæ/similesq; animantes ex arenis momento prosiliunt? Tanta est in materiis præparatis potētia cęli tanta celeritas. Deniq; si ignis hoc habet/ut tēpore q̄ breuissimo faciat/quæ cætera longo/ob id præcipue q̄ est cęlo simillimus: quis nā dubitet/cęlum magna quasi momēto pficere: etiam in materia minus parata/sicut flāma solet ingētior? Quid ergo dubitas/inquiunt/in imagine construēda ferme similiter agere cęlum? Dices opinor/sicut & ego dicebā: naturales hic alterationis gradus abesse. Qui sane defectus minuit quidē cęleste donū: nec tamen penitus auferre uidet̄. Nolunt em̄ physici ex quolibet metallo uel lapide imaginē fabricari: sed certo. In quo quidē natura cœlestis uirtutē olim ad hocipsum quod optatur naturaliter inchoauerit: & quasi iamiam perfecerit: ut in sulphure flāmā. Quam sane uirtutē/tunc demū perficiat: quando materia hæc per artē/sub simili quodam īfluxu cælesti uæhemēter agitatur: & agitata calescit. Itaq; ars suscitat inchoatā ibi uirtutē: ac dum ad figuram redigit/similē suæ cuidā cælesti figuræ: tunc suę illic ideæ ꝓrsus exponit: quā sic expositā: cælum ea perficit uirtute/qua cœpat. Exhibēs quasi sulphuri flammā: sic potētia quædam ad rapiēdas paleas cęlitus data succino/quodāmodo debilis sępe per frictionē calefactionēq; facta ualidior subito rapit. Similē uirtutē Serapio scribit datam lapidi Albugedi quasi hiacyntho simili. Sed nō prius trahere paleas: q̄ capilli hoc lapide pfricent̄. Sic item lapis ille Iouius Bezaar/id est a morte liberans: quē descripsimus in libro contra pestē: uim ab initio contra uenenū accæpit ab Ioue: Sed nō usq; adeo ualidam: ut eandē tradere possit materiis aliis exercēdam: At uero cumprimū sub Scorpionis cælestis influxu figuram supni illius accæperit: pfectam contra Scorpiōes subito uim reportare putatur: Quā mastici communicare ualeat/aut turi. Eadem quoq; de hiacyntho/topaçio/smaragdo/cæte/

risq; ratio est habenda: ut fabrica figurarum non alibi efficaciam habeat: q ubi materia cum stella congruit & effectu: a qua hunc faber exoptat accipe. Ac pręterea ubi hæc ipsa materia quasi iam talis est ab initio qualem affectas reddere per figurã. Nullis ergo materijs ad imagines uti consulunt/nisi hisipsis /quæ tibi notæ sunt: hãc ipsam ferme iam uim habere quã cupis. Lapillorũ itaq; uires/atq; metallorum diligentissime perscrutari iubẽt: Intereaq; meminisse inter lapillos quidem carbunculũ i tenebris coruscantem/atq; pantaurã præcipue Soli subesse: Saphyrum Ioui: Smaragdũ Veneri: Mercurio: Lunæ. Praterea metalla præter aurum & argentum uix ul lam ad hęc habere uirtutem. Tutiorẽq; in his rationem fore: si aurum quidẽ purum ad Solem referas: atq; Iouẽ. Ad illum quidẽ propter colorem: ad hũc autem ꝓpter temperatam cõmixtionẽ. Nihil enim Ioue & auro temperatius. Purum uero argentũ ad Lunam: Sed ad Iouẽ simul atq; Venerem aurum argento permixtũ. Præterea imaginẽ efficaciorem fore: si uirtus in materia eius elementalis conueniat cum speciali/eiusdem uirtute naturaliter insita/atq; hæc insuper cum uirtute altera speciali per figuram cœlitus capienda. Deniq; figuras inferiores/& formas cœlestibus conformari/inde ꝑdisces (ut aiunt) q Perseus truncato Medusæ capite/futuram non nullis obtruncationẽ portendere consueuit: multaq; similiter: & Lunam aliosq; planetas sub certis signis certa in nobis mẽbra mouere non dubitant.

Quam uim habeant figuræ in cœlo atq; sub cœlo: Ca. xvij.

s Ed ne figuris nimium forte diffidas/ meminisse iubebunt/ in regione hac sub Luna elementa/li; elementarem quoq; qualitatem posse q plu-

rimum, in transmutatione uidelicet ad aliquid elementale tendente: Calorem scilicet, & frigus, & humorem, atq; siccitatem. Qualitates autem quae minus elementares materiales ue sunt scilicet lumina, id est colores. Numeros quoq; similiter, & figuras ad talia forsitan minus posse. Sed ad cęlestia munera (ut putāt) ualere ꝑmultū. Nā & in coelo lumina, & nūeri, & figurae sūt ferme omium potentissima: Praesertim si nulla sit ibi materia. Qđ Peripatetici plaeriq; putant. Sic enim figurae, numeri, radij, cum non alia substineantur ibi materia, quasi substantiales esse uidentur. Atq; cum in ordine rerum mathematicae formae physicas antecedant, tanq; simplices quidem magis, & minus egenae: merito in antecedentibus mundi gradibus: id est coelestibus auctoritatem sibi maximam uendicant, ut non minus inde fiat numero, figura, luce, q; elementari quadam proprietate. Huius quidem auctoritatis habetur etiam sub Luna signum. Qualitates enim ualde materiales plurimis rerum speciebus sunt communes, eisq; quodammodo ꝑmutatis, non usquequaq; species cōmutantur. Figurae autem numeriq; partium naturalium, proprietatem cū specie inseparabilem peculiaremq; possident: Vtpote quae coelitus una cum speciebus destinata fuerunt. Immo & cum ideis maximam habent in mente mundi regina connexionem: Atq; cū ipsę numeriq; species quaedam sint, ideis ibi proprijs designatae, nimirum uires inde proprias sortiuntur. Ideoq; tum species naturalium certis figuris, tum motus, & generationes, & mutationes certis numeris adstringuntur. De lumie uero quid dicā? Est ēm actus intelligētiae uel imago. Colores autē sunt lumina quaedā. Quaobrē ubi lumina, id est colores, figurasq;, & numeros astrologi dicūt in materijs nostris ad coelestia praeꝑandis posse q; plurimū, non temere (ut aiūt) debes ista negare. Nō ignoras cōcetus ꝑ numeros ꝓportiōesq; suas, uim habere mirabilē ad spiritū & aim,

& corpus sistendum/mouendum/afficiendum. Proportiones autē ex numeris constitutæ/ quasi figuræ quædā sūt/uel ut ex punctis lineisq́ factę: Sed in motu. Similiter motu suo se habent ad agendū figuræ cœlestes. Hæ nāq́ harmonicis tum radijs/tum motibus suis oīa penetrantibus spiritum indies ita clam afficiunt/ut musica præpotens palam afficere consueuit. Nosti præterea q̄ facile multis misericordiam moueat figura lugentis: Et quantū oculos imaginationēq́/& spiritum/& humores afficiat statim atq́ moueat amabilis psonæ figura. Nec minus uiua est/& efficax figura cœlestis. Non ne principis ī urbe uultus quidē clæmēs/& hilaris exhilarat oēs? Ferox uero uel tristis repente pterret? Quid ergo cœlestium uultus/dominos omniū terrenoꝝ aduersus hęc efficere posse putas? Quippe cū etiā coeūtes ad plem/ plærūq́ uultus/non solū quales ipsi tunc agunt: sed etiā quales imaginanť/soleant filijs diu postea nasciturus imprimere. Vultus eadē ratione cœlestes materias confestim suis notis inficiunt. In quibus siquando diu latitare uidentur/tēporibus deinde suis emergunt. Vultus autem cœli sunt figuræ cœlestes. Potes uero facies illic appellare figuras/cæteris ibi stabiliores: Vultus autem/figuras/quæ magis ibi mutantur. Aspectus quoq́ inter se stellarum motu quotidiano confectos/uultus appellare potes similiter/& figuras. Nam hexagoni/pētagoni/tetragoni nominanť. Esto dicet quispiam. Sint ut placet potentissimę ad efficiendū figuræ cœlestes: Verū quid hoc ad figuras imaginū artificio factas? Respondebūt/ non id potissimū contendere: ut potentissimæ per se ad agendū sint nostræ figuræ: sed ut paratissimæ ad actiones & uires figurarū cœlestiū capiēdas: qua tenus oportune fiūt/dn̄antib⁹ illis/atq́ examussim ad illas cōfigurātur. Exigit eē figura illa figurā. Nō ne sonāte cithara q̄dā/altera reboat? Ob id tantū: si & ipsa similem figuram habeat/ atq́ e conspectu sit posita: Et fides in ea positæ/

& intentę similiter. Quid nā hic efficit/ut cithara subi/to patiatur a cithara/nisi situs aliquis & quædam figura cōformis? Figura speculi lenis/cōcaua/nitens cœlo congrua: ob hoc ipsum ꝓprie/munus tantū cœlitus accipit/ut radios Phœbi in se cumulatissime cōplectat̃: Et solidissimū quodq; ad centrū suū e cōspectu locatū/repēte cōburat. Ergo ne dubites dicent: quin materia quædam imaginis faciendę/alioqn ualde congrua cœlo/ꝑ figurā cœlo similē arte datam/cęleste mun⁹/tū in seipsa cōcipiat/tū reddat in ꝓximū aliquē uel gestantem. Nō solum uero figura: sed etiā dispositio peruia/quam Diaphanā uocant/inefficax quiddam ē/& passiuū suapte natura. Verūtamen quoniā ꝑuia dispositio est in cœlo propriū luminis suscæptaculū: ideo ubicūq; sub cœlo/hęc uel est naturalis: uel modo aliquo compat̃: Subito præsens cœleste lumen acquirit̃: Atq; etiā cōseruat̃: ubi una cū hac uel calor est igneus ut in flāma/uel est aliquid aereum/aqueū ue simul/& glutinosum: Vt i noctilucis/& noctícernis/& carbunculis/atq; forsan quodāmodo in cāphora. Quid inde sequat̃ ꝓ imaginibus/ipse reputa.

Quales cœlestiū figuras antiqui imaginibus imprimebant: Ac de usu imaginū: Ca.xviij.

a Liquis autem quæret/quas potissimū cœli figuras imaginibus imprimere soleant. Sunt eñ ibi formæ oculis ualde cōspicuę/& a multis/quales sunt/quasi depictæ/ut Aries/Taurus/similesq; figuræ zodiaci/& quæ sunt extra zodiacū manifestæ. Sūt ibi præterea formæ q̃plurime/nō tā uisibiles q̃ imaginabiles ꝑ signorū facies ab Indis/& Aegyptijs: Chaldęisq; perspectæ: uel saltē excogitatę. Velut in prima facie uirginis uirgo pulchra sedens/geminas manu spicas habens/puerumq; nutriens. Et reliquæ: quales describit Albumasar: Cæteriq; nonnulli. Sunt deniq; characteres quidam signorum & planetarū ab ægyptijs designati. Volūt igitur imaginibus oñia hæc insculpi. Vt si quis expectet

proprium a Mercurio beneficiũ/collocare eum in Vir/gine debeat: uel saltem ibi Lunam cum aspectu Mercurij. Et imaginẽ tunc ex stanno conficere/uel argento: In qua totum sit Virginis signum: Et character eius characterq; Mercurij. Ac si prima Virginis facie sis usurꝰ: addas etiam figuram: quam in prima facie diximus obseruatam: Similiterq; de cæteris. Postremi quidem imaginũ auctores/ uniuersam earũ formam ad cœli similitudinem accæpere rotundam. Antiquiores autem quemadmodum in quodam Arabũ collegio legimus/figurã crucis cunctis anteponebant. Quia corpora per uirtutem agunt ad supficiem iam diffusam. Prima uero supficies cruce describitur. Sic enim imprimis habet lõgitudinẽ atq; latitudinem. Primaq; hæc figura est/& omnium recta ꝙ maxime / & quattuor rectos angulos continet. Effectus uero cœlestiũ maxime per rectitudinẽ radiorum angulorũq; resultant. Tunc em̃ stellæ magnopere sunt potentes: quando quattuor cœli tenẽt angulos immo cardines: orientis uidelicet occidentisq;: & medij utrinq; cœli. Sic uero dispositę/radios ita cõijciunt in se inuicem/ut crucem inde constituant. Crucem ergo ueteres figuram esse dicebant: tum stellarum fortitudine factam: tum earũdem fortitudinis suscæptaculũ. Ideoq; habere summã in imaginibus potestatẽ: Ac uires & spiritus suscipere planetarum. Hæc aũt opinio ab ęgyptijs uel inducta est/uel maxime confirmata: Inter quorum characteres crux unus erat insignis: uitam eorũ more futuram significans: eamq; figurã pectori Serapidis insculpebant. Ego uero qđ de crucis excellentia fuit apud ægyptios ante Christum/ nõ tam muneris stellarum testimonium fuisse arbitror/ꝙ uirtutis præsagium: quam a Christo fuerat accæptura: Astrologos autẽ qui statim post Christum fuerunt / uidentes a Christianis miranda per crucem fieri/nescientes autem uel nolentes in Iesum tanta referre/in cęlestia retulisse: Quãꝙ considera/

re debebant per crucem ipsam/absq; nomine Iesu mira/cula minime perpetrari. Conuenire quidem imaginib⁹ eam/ quia referat fortitudinem planetarum omniumq; stellarum/ forsitã est probabile. Non tamen ob hoc dũ/taxat ingentem habere potentiam. Posse uero non ni/hil/una cum cæteris/quæ necessaria sũt/coniunctam: ad prosperam forsan corporis ualitudinem: Sed ad narran das aliorum opiniões(ut cœpimus)reuertamur. Satur/ni ueteres imaginem ad uitæ longitudinem faciebãt in lapide de Feyriçech/id est saphyro/hora Saturni: ipso ascendente/atq; fœliciter constituto. Forma erat: Ho/mo senex/in altiore cathedra sedens: uel dracone: Ca/put tectus panno quodam lineo fusco: manus supra ca/put erigens: Falcem manu tenẽs/ aut pisces: fusca indu/tus ueste. Ad longam uitam/atq; fœlicem / Iouis imagi/nem in lapide claro/uel albo. Erat homo sedens super aquilam uel draconẽ/Coronatus: hora iouis/ipso in ex/altatione sua fœliciter ascendente: croceam induto ue/stem. Contra timiditatem hora Martis imagines fabri/cabant prima Scorpionis facie oriente. Martem arma/tum/& coronatum. Ad morbos curandos fingebant So lis imaginẽ in auro hora Solis: prima facie Leonis ascẽ/dẽte cum Sole. Regem in throno/crocea ueste/ & cor/uũ Solisq; formam. Ad læticiam roburq; corporis/Ve/neris imaginem puellarem: poma floresq; manu tenen/tem/croceis & albis indutã/ hora Veneris prima facie Libræ/uel Piscium/uel Tauri ascendente cum Venere. Imaginem Mercurij ad ingenium/& memoriam/prima facie Geminorũ. Item contra febres sculpebatur Mercu rius/Homo tela manu tenens: Hora Mercurij surgẽte Mercurio: sculpebant hanc in marmore. Subinde mate riæ cuipiã imprimebãt languentibus assumendæ. Hinc omẽ genus febriũ curari dicebant. Imaginem Lunæ as/cendente prima facie Cancri ad augmentũ. Forma Mercurij: Homo sedens ĩ throno/galeratus/cristatusq;/

pedibus aquilinis:sinistra gallũ tenens:aut ignem: Ala/tus:aliquando super pauonẽ:Dextra tenens calamum: ueste uaria. Luna puella pulchra cornuto capite super draconem uel taurum/serpentes supra caput/& sub pe/dibus habens. Ad curandũ calculum genitaliumq; dolo res & ad sanguinem adstringendũ imaginem hora Sa/turni:surgente tertia facie Aquarij cum Saturno. Item Leonẽ auro imprimebant/lapidem in formã Solis pe/dibus reuoluentẽ:hora Solis:primo gradu faciei secun dæ Leonis oriente. Hanc expellẽdis morbis profuturã existimabant. Ad renũ morbos similẽ faciebant/quãdo Sol in corde Leonis cęlũ mediũ obtineret:a Petro apo nensi comprobatã & experientia confirmatam:sed hac conditione/ut Iupiter aut Venus mediũ aspiciat cœlũ: planetæ ṽo noxij cadãt:infortũatiq; sint. Accępi a Mẽ/go physico præclaro eiusmodi imaginẽ factã Ioue ibi/dem cõiuncto cũ Sole liberauisse Iohannem Marlianũ Mathematicũ nostro sæculo singularem a pauore quo sub tonitru affici consueuerat. Præterea ad firmandã sa/nitatem & ueneficia deuitanda/imaginẽ ex argento fin gebant hora Veneris:Luna angulos obtinente: ac Ve/nerẽ fœliciter intuente:Dũmodo dominus sextę dom⁹ Venerẽ aspiciat/aut iouẽ trino quodã intuitu uel oppo sito. Mercurius autem non sit infœlix. Agebant hæc ho ra diei Solis ultima: Ita ut dominus horæ decimam te/neret cœli plagam. Petrus Aponensis inquit medicum per imaginem infirmũ curare posse. Modo in ea fabri/canda obseruet/ut anguli ascendentis/medij cœli/occi/dentis sint fortunati:& ascendentis dominus:& eadem ratione secunda: sed sexta & dominus eius sit infœlix: Ait etiam sanitatem fore firmiorem/uitãq; lõgiorem/q̃ ab initio fuerit ĩstituta:si natiuitate pspecta fiat imago: in q̃ hęc fortũata ponanť scilicet illi⁹significator uitę. Itẽ uitæ datores/tũ signa tũ dñi:præsertim ascẽdens/eiusq; dominus. Item cœli medium. Loc⁹ Solis. Pars fortunæ.

Dominus cōiunctionis uel prḙuētionis ante natiuitatē factæ. Mali quinetiā infortunati cadāt. Concludit astrologorum nullū dubitare/quin ad ꝑducendam uitam talia conferant. Prolixum foret dictu/ quas ꝑ quḙlibet signa facies antiqui/& quas Lunæ stationes/tanꝙ necessarias in exprimendis imaginibus obseruabant. Nam in statione Lunæ a gradu Virginis decimoseptimo ad finem eius faciebant imagines contra morbos/& odia:& ad iter fœlix. In statione a principio Capricorni ad gradum duodecimum: contra morbos / & discordias / atꝗ captiuitatem. In statione a gradu duodecimo Capricorni ad gradum uigesimumquintū aduersus languorē & carcerem. In statione a gradu quarto Pisciū ad gradum eiusdem decimūseptimum ad curandos morbos:ad lucrum:societatē:ad augendas messes. Et in alijs similiter alias: uana sḙpius curiositate machinabantur. Solas uero recensui quæ nō tam magū ꝙ medicum redolerent. Nam & medicinā eiusmodi uanam plurimū fore suspicor. Pro alijs autē magis legitimis medicinarum confectiōib⁹ eiusmodi māsiōes Lunæ arbitror eligēdas. Atꝗ etiā in Ariete gradum sextum:rursus decimūnonū: minuta.xxvj. Item ī Geminis gradum decimū: minuta.lj. In Cancro gradū decimumnonum:minuta.xxvj. In Libra gradum sextum:minuta.xxxiiij. In Capricorno gradum decimūnonum:minuta.xxvj. In Aquario gradum secundum:minuta.xvij. In eodem gradu decimūqnintum:minuta.viij. Prḙterea sententiā Haly mente tenendam: Quodlibet signum ꝙdiu Sol est in eo/uiuum fieri: Cḙteris dominari: Effectum eius præ cḙteris euenire: Vt illuc Lunā dirigas ad donū inde ꝓprium ꝓ medicinis suscipiendū. Illuc inquā/id est ad signum & faciem/& maxime gradum:ut si bona Iouis affectas/ad hḙc directam Lunam erigas/uel unitam: ꝙdiu locum eiusmodi Sol illustrat: Vbi ꝓprietas Iouia uiget. Similiterꝗ de cḙteris. Curiosum uero narratu foret:& forte noxiū

quas imagines: & queadmodũ associandos uel dissociandos inter se animos: fabricabant ad afferendã fœlicitatẽ / uel inferẽdã calamitatẽ: uel uni cuidam: uel domui uel ciuitati. Ego qdẽ fieri posse talia nõ affirmo. Astrologi autem fieri posse putant: & quomõ / docent: qualia ego narrare nõ audeo. Porphyrius ubi uitã Plotini magistri sui describit / talia fieri posse cõfirmat. Atq; Olympium magũ / & astrologũ ægyptiũ narrat contra Plotinũ Romæ talia tẽtauisse: dũ conaret̃ per imagines uel res eiusmodi siderare Plotinum: Sed conatus in auctorem suũ ob excelsam Plotini animã fuisse retortos. Albert⁹ quoq; Magnus astrologiæ pariter atq; theologiæ ꝓfessor ait in Speculo / ubi a licitis discernere se inquit illicita / imagĩes rite ab astrologis cõstitutas / ꝟtutẽ effectũq; acquirere a figura cœlesti. Atque subinde narrat mirabiles earũ effectus: quales Thebith Bẽthorad / & Ptolemęus / cęteriq; astrologi pollicent̃. Describitq; imagĩes ad calamitatẽ alicui ꝓsperitatẽq; afferendã: quas cõsilio prętermitto. Et interea cõfirmat effectũ eas habere posse: Q̃q; & ut uir bon⁹ artis dãnat abusum: & ut legitim⁹ theologus orationes suffumigationesq; detestat̃: Quas impij quidã ad dęmones imaginibus fabricandis adhibuerũt. Neq; tñ reprobat figuras & litteras dictiõesq; imaginibus impressas ad hocipsum dũtaxat ut donum aliquod accipiãt a figura cœlesti. Quod quidẽ posse ꝑ imagines cõparari / Petrus Aponẽsis cõfirmauit. Immo & affirmauit regionẽ nescio quã fuisse destructã ꝑ imaginẽ illã / quã Thebith narrat a Phedice astrologo fabricatam. Thomas aũt Aquinas dux in theologia noster magis ista formidat: & minus tribuit imaginibus. Tantum nanq; uirtutis dũtaxat per figuras cœlitus putat acquirere / quantũ cõducat ad illos effectus: quos solet cõmuniter cœlũ per herbas resq; alias naturales efficere. Non tã quia figura talis sit in ea materia: q̃ quoniã compositum tale iam positum est ĩ certa quadã artificij spe-

cie: qualis cū cœlo cōsentiat. Hęc ait in libro contra gentiles tertio: Vbi characteres/ & litteras figuris additas ridet: Figuras uero nō adeo: nisi pro signis quibusdam ad dęmones adiungātur. In libro etiam de Fato: ait: cōstellationes dare ordinem essendi atq; perdurandi: nō solum rebus naturalibus: sed etiā artificiosis: ideo imagines sub certis cōstellationibus fabricari. At siquid mirabile per eas ultra consuetos naturalium effectus nobis eueniat/ ī dęmonas reijcit hominū seductores: Qd̄ in libro contra gentiles perspicue patet: Maxime uero in libello de occultis naturæ operibus: Vbi uidetur ipsas etiam imagines paruipendere/ quomōcunq; factas. Quas & ego qua tenus ipse iusserit/ nihilipēdā. Referre autem mirabiles quosdam effectus imaginum/ in dęmonum falsitatem: nec est a Platonicis alienum. Nā & Iamblichus ait/ eos qui religione summa sanctimoniaq; posthabita: imaginibus dumtaxat confisi/ ab eis diuina sperant munera/ hac in re a malis dęmonibus sępissime falli/ sub prętextu bonorum numinum obcurrentibus. Contingere tamen ex imaginibus legitima astrologiæ ratione constructis naturalia quędam bona non negat. Denique tutius fore arbitror medicinis q̄ imaginibus se committere: Rationesq; a nobis de potestate cœlesti/ pro imaginibus assignatas/ in medicinis potius q̄ in figuris efficaciam habere posse. Probabile enim est si quam uim imagines habent: hanc nō tam per figuram nuper acquirere/ q̄ per materiam possidere naturaliter sic affectam. Ac siquid denuo acquiritur dum insculpitur/ non tam per figuram comparari q̄ per calefactionē contusione quadam ꝓuenientem. Quæ quidē cōtusio calefactioq; facta sub harmonia cœlesti simili harmōiæ: quæ quondam materiæ uirtutem infuderat/ excitat uirtutem ipsam atq; corroborat/ sicut flatus flammā: & manifestā efficit ante latentem. Sicut calor ignis ī aspectū ꝓducit litteras scriptas succo cępæ prius delitescentes.

Atq̃ litteræ hirci adipe inſcriptæ/lapidi prorſus occultę/ſi lapis ſubmergatur aceto/ꝓdeunt/ & quaſi ſculptæ eminentes extant. Immo uero ſicut tactus ſcopæ uel arbuti ſuſcitat rabiem conſopitã: ſic forte contuſio quędã & calefactio ſola latentẽ in materia uirtutẽ prodit/facta uidelicet oportune: qua quidem cœleſti oportunitate expedit in medicinis cõficiẽdis uti: Aut ſiquis forte tractare metalla lapidesq̃ uoluerit/pręſtat percutere ſolũ/ atque calefacere/ q̃ figurare. Pręter enim id ꝙ manes eſſe figuras ſuſpicor: haud temere uel umbram idolatriæ debemus admittere. Item nec temere uti ſtellis uel ſalutaribus ad morbos his ſimillimos expellendoſ. Hos enim ſępe augẽt: Sicut noxiæ ſtellæ diſſimiles ſibi morbos aliquando minuunt: quod ſane Ptolemęus & Haly perſpicue docent.

## De fabricanda uniuerſi figura: Capitulum. xix.

Sed cur nam uniuerſalem ipſam /id eſt uniuerſi ipſius imaginem prętermittimuſ? Ex qua tamẽ beneficium ab uniuerſo ſperare uidentur. Sculpet ergo ſectator illorum forte qui poterit/formã quandam mundi totius archetypam ſi placebit/ in ære. Quã deinde oportune in argenti lamina imprimat aurata. Sed quando potiſſimũ imprimet? Quando Sol minutum primum Arietis attigerit. Hinc enim aſtrologi tã q̃ ex ſui natalis reuolutione fortunam mundi eo ſaltem anno imminentẽ auſpicanẽ. Ille igitur in hocipſo mũdi natali totius imprimet mundi figurã. At uides ne q̃ belle inter diſſerendũ mundi aliquando nati nobis ſuccurrerit argumẽtum? Siquidem quolibet anno renaſcitur: Nonne in ipſa hominis geneſi metiuntur aſtrologi/primum in quo ſigno/quo gradu/ quo minuto Sol extiterit? Ibiq̃ totius figuræ iaciunt fundamentũ. Et quolibet deiceps anno: cum primũ Sol minutum ſubierit idem/ quaſi renatum hominẽ arbitrantur/atq̃ inde pręſagiũt

anni fortunam. Sicut igiť id in homine facere non uale/rent/nisi quasi renasceretur: Atq; hic nō posset quasi re/nasci/nisi fuisset aliquādo natus: Sic & mundū conijce/re licet/aliquando genitum/Sole uidelicet sub minuto Arietis primo/tunc posito: quandoquidē per eundem quolibet anno situm/sors quędam quasi renascētis mun di reuoluitur. Tūc igiť ille fabricabit mundi figurā. Ca/uebit autem ne sabbato Saturni die figurā sculpat/aut exprimat: Hoc enim die deus mūdi faber ab opere tra/ditur quieuisse: Qđ ab ideali die Solis incęperat. Quā/tum enim Sol generationi accōmodatus est/ tātum Sa/turnus ineptus. Perfecerat aūt opus ī Venere/pulchri/tudinē operis absolutā significāte. Sed de mundanæ fa/bricæ rationibus nihil ultra. Ioannes enim Picus noster Mirandula diuina de genesi mūdi mysteria Moseos di uinitus his diebus expressit. Quāobrem ut redeamus ad institutū: & ille mūdum suū primū die uel hora Sa/turni non sculpet: sed die potius uel hora Solis. Impri/met aūt in anni natali pręsertim si tūc fœlices accedant Iupiter atq; Diana. Optimū uero fore putabūt pręter li/niamenta opificio colores inserere. Sunt uero tres uni/uersales simul & singulares mundi colores/ uiridis/ au/reus/saphyrinus/tribus cœli gratijs dedicati. Viridis q/dem Veneri simul atq; Lunæ. Humidus uidelicet hu/midis/atq; nascentiū ꝓprius: accōmodatus & matribus. Aureum Solis esse colorē nemo dubitat: & ab ioue in/super/atq; Venere nō alienū. Saphyrinum deniq; Ioui maxime dedicamus: cui & Saphyrus ipse dicitur cōse/cratus. Vnde & lapis lazulus hoc colore dotatus ob uir/tutem iouiam cōtra bilē atram a Saturno ꝓfectā/ apud medicos pręrogatiuā habet: nasciturq; cum auro/aureis distinctus notis/ita comes auri/sicut Solis est iupiter. Similemq; uim habet lapis Armenus: colorē similē cū uiridi quodāmodo possidens. Expedire igitur iudica/bunt ad gratiarū cœlestiū munera capessenda tris potis/

simum hos colores frequẽtissime cõtueri. Atq̧ i formu/
la mũdi: quã fabricas / saphyrinũ colorẽ mũdi sphęris in/
serere. Operepreciũ fore putabũt aurea sphęris ad ipsã
cœli similitudinẽ addere sidera: atq̧ ipsam Vestã: siue
Cererẽ / id est terrã / uiridẽ induere uestẽ. Eiusmodi for/
mulã sectator illorũ: uel ipse gestabit: uel oppositã intu/
ebit. Vtile uero fore spectare sphęrã motibus suis prę/
ditã qualẽ Archimedes quondã: & nuper Florẽtinus q̧/
dam noster Laurẽtius noie fabricauit. Neq̧ spectare so
lũ: sed etiã animo reputare. Proinde in ipsis suæ domus
penetralib⁹ cubiculũ cõstruet i fornicẽ actũ figuris eius/
modi / & colorib⁹ insignitũ: Vbi plurimũ uigilet atq̧ dor
miat. Et egressus domo nõ tanta attẽtione singulaꝝ re/
rũ spectacula / quãta uniuersi figurã / coloresq̧ ꝑspiciet.
Sed hęc imaginũ fictores illi uiderint. Tu uero pręstan
tiorẽ in te finges imaginẽ. Nẽpe cũ noueris / nec qcq̧ or
dinati⁹ esse q̃ cœlũ: neq̧ tẽperati⁹ aliquid cogitari / q̧ iu/
piter: sperabis ita demũ beneficia cœli iouisq̧ cõsequi
si cogitatiõib⁹ / affectib⁹ / actionib⁹ / uictu teipsũ ordina/
tissimũ tẽperatissimũq̧ pręstiteris. At postq̃ in mẽtionẽ
tẽperãtiæ cœlestis incidim⁹ / oportunũ forte fuerit recor
dari / nullũ inesse cœlo elemẽtalis qualitatis excessum / ut
Peripatetice loquar: alioqn siue ita cõpositũ sit / iã esset
tot sęculis dissolutũ: siue etiã simplex / tanta saltẽ magni/
tudine / potentia / motione cętera ꝑdidisset. Sed ꝓfecto
tanq̧ moderatissimũ / oĩa moderat̃: ac diuersa cõmi/
scet in unũ. Pręterea tũ hac ipsa tẽperantia sua: tũ excel/
lentia formæ / diuinit⁹ uitã meruit. Nã & res cõpositas /
tũc demũ uitã adipisci uidem⁹ / quãdo qualitatũ ꝑfecta
cõmixtio priorẽ iã cõtrarietatẽ fręgisse uidet̃ / ut in plã/
tis. Perfectiorẽ deinceps i animalib⁹ uitã / qua ten⁹ inest
eis cõplexio a cõtrarietate remotior q̃ in plantis. In ho/
minib⁹ rursũ eadẽ ratiõe perfectiorẽ / & quodãmodo iã
cœlestẽ. Siquidẽ hũana cõplexio ad cœlestẽ tẽperantiã
iã accessit: pręsertim in spũ: q̧ ultra substãtiæ suæ subtili/

tatē qualitatūq; tēperantiā: quib⁹ cū cœlo cōsentit: cœle stē quoq; lucē ē adeptus. Hic insuper ubi maxime talis est / potissimū ē cœlestis / uitāq; cœlestē diuinitus præ cæ teris est adept⁹: & qua tenus se talē in omi uictu legeq; uitæ efficit / atq; seruat: ea tenus singularia cœlestiū dona reportat. Quādo uero dicimus nō esse in cœlo ullū elemētaris qualitatis excessū / intelligimus / uel nullā esse ibi eiusmodi qualitatē: sed ꝟtutes poti⁹ effectrices qualitatū tēperatas: uel siquæ sunt illic quodāmodo similes qualitates / quasi aeriā habere tēperiem. Atq; ubi quędā illic frigida siccaq; nominam⁹ / Platonica hęc accipimus ratione / id est ut frigidū appelletur qđ minimi caloris ē causa. Siccū uero quod hūorē nobis exhibet minimū. Sic astrologus Abraham Saturnū inquit corpus nostrū quodāmodo relinquere frigidū atq; siccum / quia calorē & humorē affert nostro minorē. Eadē ratiōe carnes bouis & leporis in se quidē calidæ atq; humidæ / nobis frigidæ sunt & siccæ. Ex hac aūt inductione duo hęc accipe correlaria: Primū quidem si corpora magis deinceps tēperata / magis uiuunt / cœlū maxime tēperatū q̄ maxime uiuere. Immo uero uicissim ex eo ꝙ cœlum exactissime temperatū absolutissimā in se uitam possidet / coniectari: ut qua tenus reliqua ad tēperiem uitamq; illius accedunt: ea tenus uitā sortiri prestantiorē. Alterū uero / uitā esse formam in se perfectam / perficiētemq; corpus / motionisq; principiū exhibentē. Principium inq; intimū / motiōis quoq; tū intrinsec⁹ actæ: tū ꝑ oēm partē extrinsecus expeditæ. Si igit̄ id ipsū uita est / mente captū existimato / qui eiusmodi formā nō cognouerit inesse cœlo / corpore prestātissimo / circūeunte semꝑ motione perfecta / cūcta uiuificāte / magisque illa gradatim / quæ uel ad ipsius similitudinē naturaliter ꝓpinqui⁹ accesserūt: uel quotidie hui⁹ influxib⁹ apti⁹ se exponūt.

Quātā imagines uim habere putent̄ in spm̄ / & spūs in eas: Et de affectu utētis & operantis: Ca.xx.

Ompertũ habemus:ſiquis rite utat̃ helleboro/
c feratqꝫ potenter/mutare quodãmodo exquiſi-
ta purgatione/& occulta eius ꝓprietate qualita
tẽ ſpiritus corporisqꝫ naturã:& ex parte motus animi:
& quaſi reiuueneſcere/ut ferme uideat̃ eſſe renat⁹. Vn
de Medeã magosqꝫ tradũt herbis quibuſdã reddere iu-
uentutẽ cõſueuiſſe:quã nõ tam reddunt myrobalani/ ꝙ
cõſeruant. Similẽ aſtrologi poteſtatem ꝓpitias habere
imagines arbitrãtur:per quã geſtantis naturã/& mores
quodãmodo mutent:in meliusqꝫ reſtituant: ut quaſi iã
alter euaſerit:aut ſaltẽ ꝓſperã ualitudinẽ diutiſſime ſer-
uent. Imagines uero noxias aduerſus geſtantẽ habere
uim hellebori pręter artẽ potẽtiãqꝫ adſumpti/ ueneno-
ſam uidelicet atqꝫ peſtiferã. Aduerſus aũt alium quẽdã:
ad cui⁹ calamitatẽ fabricatæ intentæqꝫ fuerint/uim ænei
ſpeculi/cõcauiqꝫ ſic prorſus obiecti/ut collectis/reꝑcuſ-
ſisqꝫ in oppoſitũ radijs:cominus quidẽ cõburãt:eminus
aũt caligare cõpellãt. Hinc orta eſt hiſtoria / uel opinio:
putans aſtrologorũ machinis/magorũqꝫ ueneficijs/ ho-
mines/bruta/plantas/ſiderari/atqꝫ tabeſcere poſſe. Ego
aũt imagines in rem diſtantẽ uim habere ullã/ non ſatis
intelligo. Habere uero in geſtantẽ/ nõnullam ſuſpicor:
non tamẽ talem opinor: qualem plęriqꝫ fingunt:& hanc
ratione materiæ potius ꝙ figuræ:atqꝫ(ut dixi)longo in-
teruallo medicinas imaginibus antepono: Q̃ꝙ Arabeſ
& Aegyptij tantũ ſtatuis imaginibusqꝫ attribuunt arte
aſtronomica/& magica fabricatis/ut ſpiritus ſtellarũ in
eis includi putent. Spiritus aũt ſtellaꝝ intelligũt. Alij q-
dem mirabiles cœleſtiũ uires:alij uero dęmonas etiam
ſtellæ huius illiusue pediſſequos. Spiritus igit̃ ſtellarũ
qualeſcunqꝫ ſint/inſeri ſtatuis & imaginibus arbitrãtur/
non aliter ac dęmones ſoleant humana nõnunꝙ corpo-
ra occupare:perqꝫ illa loqui:moueri:mouere: mirabilia
perpetrare. Similia quędã per imagines facere ſtellarũ
ſpiritus arbitrant̃. Putant dęmonas mundani ignis ha-

bitatores/per igneos humores:uel ignitos:similiterq; p ignitos spũs & affectus eiusmodi/nostris insinuari corporibus: Similiter stellarũ spũs per radios oportune susceptos/suffumigationesq; & lumina tonosq; uehementes cõpetẽtibus imaginũ materiis inseri: mirabiliaq; in gestantẽ:uel ppinquantẽ efficere posse. Quę quidem nos per dęmonas fieri posse putamus/nõ tam materia certa cohibitos q̃ cultu gaudentes. Sed hęc alibi diligẽtius. Tradunt Arabes spiritũ nostrũ quãdo rite fabricamus imagies/si per imaginationẽ & affectũ ad opus attentissimus fuerit & ad stellas/cõiungi cum ipso mũdi spiritu:atq; cũ stellarũ radiis:per quos mundi spũs agit/atq; ita cõiunctũ/esse ipsum quoq; in causa/ut a spũ mũdi per radios/quidã stellæ alicuius spiritus/id est uiuida quędã uirtus infundat̃ imagini:potissimũ hominis tũc operãtis spiritui cõsẽtanea: Adiuuari quoq; suffumigationibus ad stellas accõmodatis op⁹ eiusmodi: Qua tenus suffumigatiões tales aerẽ/radios/spiritũ fabri:Imaginis materiã:sic prorsus afficiũt. Ego uero odores quidem tanq; spiritui aeriq; natura psimiles: & cum accessi sunt/stellarũ quoq; radiis cõsentaneos arbitror/si Solares/uel iouii sunt/afficere aerẽ ac spiritum uęhementer ad dotes Solis:aut iouis:tũc dominãtis/oportune sub radiis capiẽdas/atque spiritũ sic affectũ/ita donatũ/posse uęhemẽtiore quodã affectu/nõ solũ in pprium corpus agere:sed ppinquum:pręsertim natura conforme quidem/sed debilius:& consimili quadã afficere qualitate. Materiã uero imaginis duriorẽ ab odoribus & operantis imaginatione/uix minimũ quiddam suscipere posse puto:Spiritũ tamẽ ipsum ab odore sic affici/ut ex ambobus unũ cõficiat̃: Quod quidem ex eo patet q; odor nõ agit ulterius in olfactũ/postq; satis ęgit. Olfactus eñ & quoduis aliud a seipso uel simillimo quopiam nihil patitur. Sed de his alibi. Proinde imaginationis intentionẽ:nõ tã in fabricãdis imaginib⁹/uel medicinis uim

habere/q̄ in applicandis/& assumēdis existimo: ut siqs imaginē(ut aiunt)gestans rite factā: uel certe medicina similiter utens/opem ab ea uęhementer affectet: & ꝓculdubio credat: speretq́ firmissime: hinc certe q̄plurimus sit adiumēto cumulus accessurus. Nā ubi uel uirt⁹ imaginis siqua est/tangentis carnē/penetrat calefacta: saltē uirt⁹ in electa eius materia naturalis: uel certe medicinæ uigor intus adsumptæ/uenis ac medullis illabit̄/Iouiā secum ferens ꝓprietatē: spiritus hominis in spm̄ eiusmodi Iouiū affectu/id est amore trāsfertur. Vis em̄ amoris est trāsferre. Fides autē spesq́ non dubia spiritū hominis iam ita ꝑcitū sistit in spiritu Iouio penitus/atq́ firmat. Quod si quēadmodū Hippocrates & Galienus docent/ægrotātis amor fidesq́ erga medicū inferiorem exterioremq́ ad sanitatē plurimū cōferunt: Immo uero fiduciā hanc Auicēna plus inquit efficere q̄ medicinā: quantū ad cœlestē opem cōducere putandū est: affectū fideq́ nobis erga cœlestē influxū iam nobis insitū/agentem intus: uiscera penetrantē: Iam ꝟo amor ipse fidesq́ erga cœleste donū/sępe cœlestis adminiculi causa ē: atq́ uicissim amor & fides hinc aliquādo forsan ꝓficiscitur: quod ad hocipsum iā nobis faueat clęmentia cœli.

De uirtute uerborū/atq́ cantus ad beneficium cœleste captandum: Ac de septem gradibus ꝑducentibus ad cœlestia: Capitulum. xxi.

u Erba pręterea quędā acriore quodā affectu ꝓnunciata/uim circa imagines magnā habere cēsent ad effectū earū illuc ꝓprie dirigendū: quorsum affectus intendunt̄/& uerba. Itaq́ ad duos ardētissimo quodā amore cōciliandos/imaginē sub Luna coeunte cum Venere in Piscibus/uel Tauro/fabricabant: multis interim circa stellas uerbaq́ curiosi⁹ obseruatis: quæ referre/nō est cōsilium. Nō enim philtra docem⁹: sed medicinas. Probabilius autem est effectus eiusmodi uel per Venereos dęmonas cōfici: his operibus uer-

bisq; gaudentes: uel per dęmonas simpliciter seductores. Nam & Apollonium Theaneum sępe Lamias deprehendisse & ꝓdidisse ferunt: Dęmonas scilicet quosdam salaces Venereosq;: qui formosas puellas simulētꝑ pelliciantq; formosos: quos ut serpens elephantem ore: sic illi illos ore uulua pariter exugant ac prorsus exhauriant. Sed hęc Apollonius ipse uiderit. In uerbis autem certis uim esse certam, atq; magnam, Origenes asserit cōtra Celsum, & Sinesius, atq; Alchindus de magia disputantes. Item Zoroaster uetans barbara uerba mutari. Iamblichus quoq; similiter. Item Pythagorici uerbis, & cātibus, atque sonis mirabilia quędam Phœbi & Orphei more facere consueti. Quod hebręorum antiqui doctores prę cęteris obseruarunt: omnesq; poetæ miranda canunt carminibus effici. Et grauissimus ille Cato in re rustica in curandis bestiarum morbis, aliquando barbaris cantionibus utitur. Sed pręstat dimittere cantiones. Concentum uero illum, quo adolescens Dauid Saulem ab insania redimebat, nisi mysterium iusserit ad diuinitatem referri, referet forte aliquis ad naturam. Cum uero ꝓ septem planetarum numero: septem quoq; sint gradus, per quos a superioribus ad inferiora fit attractus, uoces medium gradum obtinent, & Apollini dedicantur. Insimum quidem tenent gradum materiæ duriores, lapides atq; metalla: ac Lunam referre uidentur. Secundum in ascensu locum habent: quæ ex herbis, arborum fructibus, gummis, membris animalium componūtur: Respondentq; Mercurio: si ordinem in cœlo sequimur chaldęorū. Tertiū pulueres subtilissimi, eorūq; uapores ex pręd ictis electi: odoresq; simpliciter herbarū & floꝝ, & unguētoꝝ ad Venerē ꝑtinētes. Quartū, ꝟba: cāt^9: soni: quæ oīa rite dedicāt Apollini musicæ præ cęteris auctori. Quītū, uęhemētes imaginatiōis cōcępt^9 formę, mot^9, affect^9 uim Martiā referētes. Sextū ratiōis hūanæ discursiōes deliberatiōesq; cō

sulte ꝑtinentes ad iouē. Septimū secretiores simplicio/ resq; intelligētiæ quasi iā a motu seiūctæ/cōiūnctę diui/ nis: destinatæ Saturno. Quē merito Sabath hebręi no/ mine quietis appellāt. Quorsum hęc? Vt itelligas quē/ admodū ex certa herbarū uaporūq; cōpositiōe cōfecta ꝑ artē/tū medicā/tū astronomicā/resultat cōmunis quę/ dam forma uelut harmonia quędā/siderū dotata mune rib⁹: sic ex tonis primo quidē ad stellarū normā electis: deinde ad earundē cōgruitatē inter se cōpositis/cōmu/ nē quasi formā fieri: atq; in ea cœlestē aliquam suboriri uirtutē. Difficillimū quidem est iudicatu quales potissi/ mū toni/qualib⁹ cōueniāt stellis: quales itē tonorū cōpo sitiones/qualib⁹ pręcipue siderib⁹ aspectibusq; cōsenti/ ant. Sed partim diligētia nostra/partim diuina quadam sorte nō aliter id assequi possum⁹/q̄ Andromach⁹ i the/ riaca cōponenda diutissime fatigatus: actandē post di/ ligentiā: diuina sorte cōsecutus theriacæ uirtutē. Quod quidē cōtigisse diuinitus/Galienus & Auicenna confir/ māt. Immo uero totā medicinā exordiū a uaticinijs ha/ buisse testis est Iamblichus atq; Apollonius theaneus. Ideoq; Phœbū uatem medicinæ pręponūt. Tres uero potissimū regulas ad hoc afferemus/si prius admonue/ rimus/ne putes nos in pręsentia de stellis adorandis lo qui: sed potius imitandis/& imitatione captandis. Ne/ que rursum de donis agere credas/quę stellæ sint electi/ one daturæ: sed influxu potius naturali. Ad quē ꝓfecto multiplicē/& occultū: ita nos exquisitis studemus mo/ dis accōmodare/sicut quotidie ad manifestum Solis lu men calorēq; salubriter excipiendum nosipsos accom/ modam⁹. Aptare ꝟo seipsū ad occultas dotes ei⁹ atque mirificas/soli⁹ sapiētis est officiū. Sed iā ad regulas cātū siderib⁹ accōmodaturas ꝑueniamus. Prima est exqrere quas in se uires quosue ex se effectus stella quęlibet & sidus & aspectus habeant: quæ auferant: quę ferant: At/ que uerborum nostrorum significatiōib⁹ hęc inserere:

Detestari quæ auferunt: ꝓbare que ferunt. Secunda: cõ
siderare que stella cui loco maxime uel homini domi/
netur. Deinde obseruare qualibus cõmuniter hæ regi/
ones & personæ tonis utantur & cantibus: Vt ipse simi/
les quosdam una cum significationibus modo dictis ad/
hibeas uerbis: quæ sideribus eisdem studes exponere.
Tertia situs aspectusq stellaꝝ quotidianos animaduer
tere: atq sub his explorare / ad quales potissimũ sermo/
nes / cantus / motus / saltus / mores / actus incitari homies
plęriq soleant / ut talia quędam tu ꝓ uiribus imiteris in
cantibus / cœlo cuidam simili placituris / similemq suscę
pturis influxum. Memento uero cantum esse imitato/
rem omniũ potentissimũ. Hic enim intentiões / affecti/
onesq animi imitatur: & uerba: refert quoq gestus / mo
tusq corporis / & actus hominũ / atq mores. Tanq ue/
hementer omnia imitatur / & agit: ut ad eadẽ imitanda /
uel agenda / tum cantantem / tum audientes subito ꝓuo
cet. Eadem quoq uirtute quando cœlestia imitatur: hic
quidem spiritũ nostrum ad cœlestem influxũ: inde ue/
ro influxum ad spiritũ mirifice ꝓuocat. Iam uero mate/
ria ipsa cõcentus purior est admodum / cœloq similior
q̃ materia medicinæ. Est enim aer etiam hic quidem ca
lens / siue tepens / spirans adhuc / & quodãmodo uiuens
suis quibusdã articulis artubusq cõpositus / sicut animal:
nec solum motũ ferens / affectumq pręferens: uerũetiã
significatum afferens quasi mentẽ: ut animal quoddam
aerium / & rationale quodãmodo dici possit. Concẽtus
igitur spiritu sensuq plenus / si forte tum secũdum eius
significata: tum secundũ eius articulos atq formam ex
articulis resultantẽ: tum etiam secundũ imaginatiõis af/
fectum / huic sideri respondeat / aut illi / non minorẽ in/
de uirtutem q̃ quęlibet alia compositio traijcit in can/
tantem: atq ex hoc in proximũ auditorẽ: Quousq can/
tus uigorem seruat / spiritumq canentis: Pręsertim si cã/
tor ipse sit natura phœbeus: uęhemẽterq habeat uitalẽ

cordis spiritum/atque insuper animalē. Sicut enim uirtus ac spiritus naturalis/ubi potentissimus est/mollit statim/liquefacitque alimēta durissima/atque ex austeris mox dulcia reddit: generat quoque extra se seminalis spiritus ꝓductione propaginē/sic uitalis/animalisque uirtus ubi efficacissima fuerit/ibi intentissima quadam sui spirit⁹ per cantum/tum conceptione agitationeque in corpus proprium potenter agit/tum effusione/mouet subinde ꝓpinquū: afficitque cum suum/tum alienū siderea quadam proprietate/quam tum ex ipsa sui forma: tum ex electa temporis oportunitate concępit. Hac utique ratione orientales/meridionalesque multi (pręcipue Indi) admirandam feruntur in uerbis habere potētiā: utpote qui magna ex parte Solares sunt: Vimque nō naturalē dico/sed uitalem & animalē habent ferme omniū potentissimā: Et quicunque in regionibus alijs maxime sunt Phœbei. Cantus autē hac uirtute/oportunitate/intentione concęptus ferme nihil aliud est quam spiritus alter nuper penes spiritū tuū in te cōcęptus/factusque Solaris/& agens tum in te/tum in proximū/potestate Solari. Si enim uapor & spiritus quidā/aliquando per radios oculorū/uel aliter foras emissus fascinare/inficere/aliterque afficere ꝓximnm potest/multo magis id ualet spiritus ab imaginatione cordeque simul uberior ꝓfluens & feruentior: motuque ualentior: Vt nō omnino mirū sit: morbos quosdam animi atque corporis sic auferri posse aliquando: uel inferri: Pręsertim quoniā spiritus eiusmodi musicus ꝓprie tangit/agitque in spiritū/inter corpus animāque medium: & utrūque affectione sua prorsus afficientē. Mirabilē uero in cōcitato canenteque spiritu uim esse concedes: si Pythagoricis Platonicisque cōcesseris/cœlū esse spiritū motibus tonisque suis omnia disponentē. Memēto uero totā ꝓcedere musicā ab Apolline. Atque ea ten⁹ Iouē esse musicū/qua tenus est cū Apolline cōcors. Venerē insuper & Mercuriū musicā uicinitate Apollinis reporta-

re: Item ad hos quattuor dumtaxat attinere concentus. Tres uero reliquos uoces quidem habere non cantus. Iam uero uoces tardas/ graues/ raucas/ querulas/ Saturno tribuimus: Marti uero cōtrarias/ ueloces/ acutasq́/ & asperas/ & minaces: Medias uero Lunæ: Cōcentus aūt Ioui quidē graues/ & intentos/ dulcesq́/ & cum constantia lætos. Cōtra Veneri cū lasciuia/ & mollicie/ uoluptuosos cantus adscribimus. Inter hos uero medios/ Soli tribuimus & Mercurio. Si una cum gratia suauitateq́ sūt uenerabiles/ & simplices/ & intenti/ Apollinei iudicantur. Si una cū iucunditate remissiores quodāmodo sūt/ strenui tamē atq́ multiplices/ Mercuriales existunt. Tu igit̄ horū quattuor unūquēq́ cantibus tibi suis cōciliabis: prēsertim si competētes cantibus sonos adhibeas/ adeo ut cum eorū more oportune canēdo/ & sonando clamaueris/ respōsuri ꝓtinus uideant̄: uel instar Eccho: uel sicut chorda quędam in cithara tremēs/ quotiēs uibratur altera/ tēperata similiter. Atq́ ut uult Plotinus & Iamblichus ita naturaliter id tibi continget e cœlo: quēadmodum uel ex cithara reboatus: siue tremor/ uel ex opposito pariete fit Eccho. Profecto quotiens ex frequenti quodam usu/ harmoniæ iouiæ/ uel Mercurialis/ uel Venereæ/ factæ uidelicet his regnantibus/ spiritus tuus ad hocipsum attentissime canens/ harmoniæque conformatus euadit iouius/ uel Mercurialis/ uel Venereus: Interea Phœbeus euadit: siquidem Phœbi ipsius musicæ ducis uirtus in omni consonantia uiget: Atque uicissim ex cantu sonoq́ Phœbeo ipse Phœbeus euadens/ uirtutē iouis interim tibi uēdicas/ & Veneris/ atq́ Mercurij. Rursusq́ ex spiritu sic intus affecto/ similiter afficis animā atq́ corpus. Memēto uero orationē apte/ & oportune cōpositam/ & affectu sensuq́ plenam/ atq́ uęhementem/ similem cantibus uim habere. Quantam in orando potentiam Damis & Philostratus habere sacerdotes q̄sdā Indos narrēt/ referre nō expedit: nec etiā

quibus uerbis Apollonium euocasse manes Achillis affirment. Non enim loquimur nunc de numinibus adorandis: sed de naturali quadã potestate sermonis / & cantus atq; uerborum. Esse uero phœbeã medicamq; in sono: & eo quidem certo potentiã: ex eo patet: q qui in Apulia tacti phalangio sũt: stupẽt omnes / semianimesq; iacent: donec certum quisq; suumq; sonũ audiat. Tunc enim saltat ad sonum apte: sudatq; inde / atq; cõualescit. Ac si post annos decem similem audiuerit sonum / subito concitatur ad saltũ. Sonum uero illum ex indicijs esse Phœbeum Iouialemq; conijcio.

Quõ septem modis nos cœlestibus accõmodare possimus: & quibus Saturnus sit maleficus: quibus ꝓpicius: quos Iupiter a Saturno defendat: quõ cœlũ agat in spiritum & corpus & animam: Ca. xxij.

q Voniam uero cœlum est harmonica ratione cõpositum / moueturq; harmonice / & harmonicis motibus atq; sonis efficit omnia: merito ꝑ harmoniam solam / non solũ homines: sed inferiora hęc omnia ꝓ uiribus ad capienda cœlestia pręparantur. Harmoniam uero capacem superiorũ / per septem rerũ gradus in superioribus distribuimus. Per imagines uidelicet (ut putant) harmonice constitutas: Per medicinas sua quadam consonantia tẽperatas: Per uapores odoresq; simili concinnitate confectos: Per cantus musicos / atq; sonos: Ad quorũ ordinem / uimq; referri gestus corporis saltusq; & tripudia uolumus: Per imaginationis concęptus / motusq; concinnos: per congruas rationis discursiones: per tranquillas mentis contemplationes. Sicut enim corpus per harmoniam quotidie suã / id est per situm / & habitum / & figurã oportune lumini calori q; Solis exponimus: sic & spiritum occultis stellarũ uiribus cõparandis: per suam quandã similem harmoniã / imaginibus / ut opinantur / & certe medicinis / odoribus harmonice cõpositis comparatã. Et deniq; per spiritum

ſuperis ita paratũ (ut ſępe iam diximus) animã eiſdem exponimus atq; corpus. Animam inquã qua tenus affe/ ctu ad ſpiritũ inclinatur/& corpus. In anima uero nunc imaginationẽ/rationem mentẽ ponimus. Poteſt utiq; imaginatio noſtra uel ꝓpter qualitatẽ/motumq; ſpirit': uel per electiõem noſtrã: uel etiam utrinq; ita diſponi/ componi/conformari Marti/Soli ue/ut ſit e ueſtigio ꝓ/ prium influxus Phœbei uel Martij ſuſcęptaculũ. Simi/ liter ratio/uel per imaginationẽ ſpiritũq; ſimul/uel per deliberationẽ/uel utrinq;/ſic ad Iouem imitatione qua/ dam comparare ſe poteſt: ut multo magis ob dignitatẽ ꝓpinquitatẽq; ſuam ipſa Iouem capiat/& munera Iouis ꝗ imaginatio/ſiue ſpiritus: quemadmodũ imaginatio ſpiritusq; eadẽ ratione multo magis cœleſtia capiũt/ꝗ res/& materiæ quęuis inferiores. Mens deniq; contem platrix qua tenus ſeipſam non ſolũ ab his quæ ſentim': uerũ etiam ab eis quæ imaginamur communiter mori/ busq; argumentamur humanis/ſeuocat/& affectu/intẽ/ tione/uita ad ſeparata ſe reuocat: Saturno quodammo/ do ſe exponit. Huic ſoli ꝓpitius eſt Saturnus. Sicut eñ Sol aialibus quidem nocturnis inimicus eſt/diurnis aũt eſt amicus: ita Saturnus hominibus/uel uulgarem palã uitam agentibus uel fugiẽtibus quidẽ uulgi conſuetudi nem: uulgares tamen affectus/non dimittẽtibus/eſt ad/ uerſus. Vitam nãq; cõmunẽ cõceſſit Ioui: ſeꝑatam uero ſibi uendicauit atq; diuinã. Mentibus autem hominum re uera hinc pro uiribus ſegregatis/tanꝗ ſibi cognatis quodãmodo eſt amicus. Nam & ſpiritibus ſublimẽ ha/ bitantibus aerem ipſe Saturn' (ut Platonice loquar) eſt ꝓ Ioue: ſicut Iupiter hominibus cõmunem agentibus uitã/eſt iuuans pater. Nullis uero Saturnus eſt infenſi/ or: ꝗ hominibus contemplatiuã uitam ſimulantib' qui/ dem/nec agẽtibus. Hos enim nec Saturnus agnoſcit/ut ſuos: nec Iupiter ipſe Saturni temperies adiuuat eos: q cõmunes hominũ leges/moresq;/& cõmertia fugiunt.

I

Hęc enim sibi Iupiter usurpauit(ut aiunt) ligato Saturno: Segregata Saturnus. Quãobrē Lunares illi populi/ quos Socrates in Phędone describit/ eminentissimam terrę superficiē/& altiorē nubibus habitantes/uiuentes sobrij admodũ/frugibusq; cõtenti/& secretioris sapientiæ studio religioniq; dediti/ Saturni fœlicitatē gustãt: uitãq; agũt ita ꝓsperã/tam longeuã: ut nõ tam mortales homines/q̃ immortales dęmones habeant̄. Quos heroas multi nominãt/aureũq; genus Saturnio quodã sęculo regnoq; gaudens. Quod forsan astrologos Arabes uoluisse puto. Vbi aiunt ultra lineã ęquinoctialē ad meridiē esse subtilissimos habitatores quosdã dęmonas: q nec oriri uideant̄/neq; mori: ibiq; potestatē habere Saturnũ caudãq; draconis. Quod sane cõfirmare uidetur Albumasar in libro Sadar dicens quasdam Indiæ regiones Saturno subiectas esse: ibiq; homines esse ualde lõgęuos/ac senio plurimũ extremo decedere. Rationēq; assignat: quoniã Saturnus nõ lędat domesticos: sed externos. Tu uero potestatē Saturni ne negligas. Hũc eñ ferunt Arabes omniũ potẽtissimũ. Planetas sane uires eorũ subire/ad quos accedũt: Oēs uero ad eũ accedere potius q̃ uicissim: Planetasq; cõiunctos illi/ natura illi⁹ agere. Est enim ipse inter planetas orbis amplissimi caput. Quilibet sane planeta sui orbis caput est/ & cor/ & oculus. Saturnus item stellis proximus est innumeris: Primoq; mobili q̃simillimus: longũ agit circũitum. Est altissimus planetarũ. Vnde fœlicem eum uocant: cui ille fœliciter aspirauerit. Et q̃uis eum tanq̃ a communi uita hominũ alienũ/plerũq; maxime uereant̄/placari tamen etiã cõmuni uitæ putant: siquãdo plurimã in ascendente potestatē dignitatēq; habuerit: aut Iupiter eũ su⁹ fœliciter aspexerit: uel in suis finibus excellenter accęperit: Alioquin influxus illius importune susceptus in materia pręsertim crassa/fit quasi uenenũ: Sicut & ouũ putrefactione uel adustione fit uenenosum: Vnde na-

scuntur uel euadunt immũdi quidam ignaui tristes inuidi: dęmonibus immũdis expositi: Quorum cõmertium procul effugito. Nam Saturni uenenũ alibi quidem sopitum latet/ceu sulphur a flamma remotũ. In uiuentibus uero corporibus sępe flagrat/atq ut sulphur accensum non comburit solum/sed uapore etiam noxio omnia circũimplet/atq inficit ꝑpinquantes. Cõtra influxũ eius hominib⁹ cõmuniter peregrinum & quodãmodo dissonum nos armat Iupiter/tum naturali qualitate sua: tum alimentis/medicinisq certe suis/atq (ut putãt) etiam imaginibus/tum etiã moribus/negociisq & studiis atq rebus ad ipsum proprie ꝑtinentibus. Noxium uero influxum Saturni effugiũt/subeuntq propitiũ: nõ solum qui ad Iouem cõfugiunt: sed etiam qui ad diuinam contẽplationẽ ab ipso Saturno significatã/tota mẽte se conferunt. Hoc enim pacto malignitatem fati deuitari posse Chaldęi & Aegyptii atq Platonici putant. Cum enim cœlestia nolint esse corpora uana: sed diuinit⁹ animata: atq insuper mentibus recta diuinis/ nimirũ illinc ad homines non solũ ꝙ plurima ad corpus/ & spiritum pertinẽtia: sed multa etiam bona quodãmodo in animã redundantia ꝑficisci uolunt: nõ a corporibus in animã/ sed ab animis. Magis autem hęc pluraq eiusmodi a mẽtibus superiorib⁹ cœlo ꝑfluere. Inter hęc si ratiões omnes assignare uolueris: quibus adductus Moses ocium sabbati mãdauit hebręis: forsan ultra sublimiorẽ/ secretioreq allegoriã inuenies Saturni diẽ/ actionibus ciuilibus bellicisq ineptũ/contẽplationibus aptũ: eoq die diuinũ contra discrimina patrociniũ obsecrãdũ. Quod quidẽ impetrari posse aduersum Martis & Saturni minas Habrahã & Samuel/ & plures hebręorũ astrologi/ eleuatione mẽtis in deum uotisq & sacrificiis confitentur: pręceptum illud Chaldęum confirmantes scilicet/si mẽtẽ ad pietatis opus ardẽtẽ erexeris: corp⁹ quoq caducũ seruabis. Cõsideratu dignũ ẽ illud Iãblichi: Cœle-

stia mundanaq́ꝫ numina uires quasdã in se superiores / nõ nullas inferiores habere. Per has quidem effectibus nos fatalibus deuincire: per illas autem uicissim soluere nos a fato: quasi claues ut inquit Orpheus ad aperiẽdũ habeant & claudendũ. Multo igiť magis diuinitas mũdo superior a fatali necessitate nos redimit. Exploratũ quoq́ꝫ dignissimũ est hebraicum illud in mactandis animalibus rebusq́ꝫ nostris sacrificio dissipandis mala cœlitus imminẽtia a nobis ad nostra deflecti. Sed hęc Pico nostro exploranda relinquimus. Deniq́ꝫ ubicunq́ꝫ dicimus cœlestiũ ad nos dona descendere / intellige tum corporũ cœlestiũ dotes in corpora nostra uenire ꝑ spiritum nostrũ rite paratum: tum eadẽ / prius etiam per radios suos influere in spiritũ naturaliter: uel quomõcũq́ꝫ illis expositum: tum etiam animarum cœlestium bona / partim in eundẽ spiritum per radios ꝓsilire / atq́ꝫ hinc ĩ nostros animos redundare: partim ab animis eorũ uel ab angelis in animos hominũ illis expositos peruenire. Expositos inquã non tam naturali quodã pacto / q̃ electione arbitrij liberi uel affectu. Sũmatim uero quicũq́ꝫ uoto / studio / uita / moribus beneficentiã actionẽ ordinẽ cœlestium imitanť: eos existimato tanq́ꝫ supernis similiores: ampliores illinc dotes accipere: homines autem artificiose cœlestium dispositioni dissimiles / atque discordes / & clam esse miseros: & deniq́ꝫ palam infœlices euadere.

Vt ꝓspere uiuas agasq́ꝫ: in primis cognosce ingenium: sidus: genium tuũ: & locum eisdẽ cõuenientem: Hic habita: Professionem sequere naturalẽ: Ca. xxiij.

q Vicũq́ꝫ sanæ mentis suiq́ꝫ compos nascitur / est a cœlo ad honestum aliquod opus & uitæ genus naturaliter institutus. Quisquis igitur cœlum optat habere ꝓpitiũ: hoc opus: hoc genus in primis aggrediatur: hoc sedulo ꝓsequatur. Cœlum enĩ suis fauet inceptis. Ad hoc ipsum uero præ cęteris es natura factꝰ:

quod primū a teneris annis agis/loqueris/fingis/optas/ somnias/imitaris/quod tentas frequētius/quod facilius pagis/quo summopere ꝓficis/quo præ cæteris delecta/ ris: Quod relinquis inuitus: Hoc est sane ad quod te cę lum/rectorq; cęli genuit. Ea tenus igitur tuis fauebit i/ cęptis: & aspirabit uitæ: qua tenus genitoris ipius auspi cia ꝓsequeris: Pręsertim si uerꝫ sit Platōicū illud (ī quo tota cōsentit antiquitas) Vnicuiq; nascenti esse dęmo/ nē quendā uitæ custodē ipso suo sidere destinatū. Qui & ad hocipsum officiū adiuuet: cui nascentem cœlestia deputarūt. Quicūq; igitur ꝑ argumenta quæ modo dix imus suum ingeniū perscrutatus: ita naturale suū opus inueniet/inuenerit simul suū sidus & dęmonē. Quorū exordia sequens/aget ꝓspere/uiuetq; fœliciter: Alioqn & fortunā experietur aduersam/& cœlum sentiet iimi/ cum. Duo igit̄ sunt præ cęteris hominū infortunatorū genera: Alterū eorū qui nihil ꝓfessi/nihil agunt. Alterꝫ eorū/qui ꝓfessionē ingenio alienā subeunt: genioq; cō/ trariam. Illi quidē ignauia torpent: interim ad actiones incitāte cœlo semper agente: Hi dum aliena a patronis cœlestibus agunt/frustra laborant supernis destituti pa tronis. Primū quidē antiquo ꝓuerbio confirmat̄: Dei adiuuant facientes: ignauis aūt infensi sunt. Secūdū ꝓ/ uerbio simili: Nihil agas inuita Minerua. Ob hanc arbi/ tror rationē Iouem in Pythagoricis carminib⁹ obsecra/ ri: ut uel ipse tot malis leuet genus humanū: uel saltem quo duce dęmone utamur/ostēdat. Proinde operepre/ cium fuerit indagare: ad quā potissimū regionem habi/ tandā & excolendā te tuū sidus/dęmonq; tuus ab initio designauerit. Ibi enim magis aspirāt. Ea uero est/in quā primū ꝓfectus/spūs tuus quodāmodo recreatur/ubi sē/ sus uegetior permanet: ubi corporis habitudo ualidior: Vbi magis plęriq; fauent: ubi uota succedunt. Hec igi/ tur experire. Hanc regionē elige: Hanc cole fœliciter. Hinc uidelicet discessurus infœlix: nisi & rediturus/&

ad similia pergas. Sed interea frequētibꝰ in hac regione motibꝰ te exerce: gyrosq; quosdā cœlestiū instar agito. Motu eñ circūituq; eiusmodi genitus similibus conseruabere. Quantū preterea ad habitationē pertinet / utiliter recordabere: Sicut alimenta uitæ necessaria rus quidem urbi suppeditat / urbs uero consumit: sic & ipsā uitā rusticatiōe frequēti / ubi tedium te minime cœperit / plurimū augeri: Sed urbano cū ocio tū negocio cōteri. Quātū uero ad habitationē simul / & ꝓfessionē spectat / illud orientaliū astrologorū minime contēnendū: uidelicet mutatiōe nominis / ꝓfessiōis / habitus / uictus / loci / cœlestē influxū nobis tū in melius / tum in deterius permutari. Demones quoq; uel cōmutari: uel ad eosdem aliter hic / & alibi nos habere / Platonici iudicabunt. Demonem uero uniuscuiusq; custodē astrologi cū Platōicis geminū esse posse cōsentiunt: alterū quidē geniture ꝓprium: alteꝝ uero ꝓfessionis. Et quoties ꝓfessio cum natura cōsentit / eundē utriusq; demonē: uel certe simillimū nobis adesse: uitāq; inde nostrā magis secum fore concordem / atq; tranquillā: Sin autem ꝓfessio dissidet ab ingenio / demonē acquisitū arte / esse a genio naturali discordē: uitāq; laboriosam atq; sollicitā. Qualis aūt unicuiq; demon ab ipsa generatiōe presit cupiētibus inuenire / Porphyrius regulā inuestigat ex planeta domino geniturae. Iulius firmius planetā geniturae dominū esse inquit: uel eū / qui plures illic habeat dignitates: uel ex firmiori sententia potius / eum cuius domicilium mox petitura sit Luna post signum / quod homine nascente iam tenet: Sed demonē nō eadem regula putat inuestigandū. Veꝝ ex Chaldeorū opinione a Sole potius aut Luna: A Sole qdē ad Lunā in natiuitate diurna / a Luna uicissim ad Solē in natiuitate nocturna. Vt computato inter hec interuallo / æquale spacium pergas ab ascēdentis gradu descēdens: & in quem terminū desinis animaduertas. Cuius eñ stellæ est ille terminus: eiusdē esse

dęmonẽ arbitrant̃. Sũmatim uero a domino genituræ simul atq; dęmone tenorẽ uitæ/fortunãq; perpẽdere solent. Fortunã adiunxi: qm̃ nõ nulli partẽ fortunæ/eadẽ ferme cõputãt ratiõe. Optabãt ueteres suũ ad se dęmonẽ ab aliquo cœli cardine descẽdisse: Ab oriẽte uidelicet uel occidẽte uel medio utrinq; cœlo: Aut saltẽ ab undecima uel qnta plaga. Vndecima qdẽ medio supra caput nr̃m cœlo succedit: ac bonus dęmon cognominat̃/& ascẽdentẽ ab oriẽte gradũ aspicit ex sextili. Quinta uero cœlo antipodũ medio succedit/appellaturq; bona fortuna/& ascẽdentẽ gradũ cõtuet̃ ex trino. Optabant tertio loco dęmonẽ si modo a cadenti plaga uenerit saltẽ/uel a nona uenisse/uel a tertia. Nona em̃ appellat̃ deus: tertia ꝟo dea. Et illa ascẽdentẽ gradum ex trino hęc aspicit ex sextili. Cadẽtes ꝟo duodecimã/atq; sextam exhorrebãt. Illã sane malũ dęmonẽ: hãc malã fortunam cognominãtes. Nos aũt optare pręterita/supuacuũ arbitrati/monem⁹ easdẽ plagas/quas illi ꝓ dęmonibus fortunisq; optabãt/obseruari ꝓ planetis & stellis ad opus efficiẽdũ accõmodãdis: ut uel sint in angulis/aut ĩ duab⁹ quas diximus succedẽtibus: aut saltẽ in duabus dũtaxat cadentibus: quas antea nominauimus. Neq; enim ab re Solem nona gaudere dicunt: Lunã tertia: Iouem undecima: Venerem uero quinta. Hæ nanq; gradũ conspiciunt ascendentẽ. Sed redeamus ad institutũ. Siue igitur ab illa quã in supioribus narrabã experiẽtia/diligẽtiaq;: siue ab hac arte/quã modo recensui/primũ inuestigemus naturæ dęmonisq; instinctũ: infortunatũ esse cẽsebimus/qui officiũ nullũ ꝓfitet̃ honestũ. Nã & ducẽ professionis reuera nõ habet/q opus honestũ nõ aggredit̃: Et ducẽ naturalẽ uix ullũ habet: Quoniã stellaꝝ demonũq; siue angeloꝝ ducũ diuinitus ad custodiam dispositoꝝ officiũ est agere sẽper/& excellẽter/atq; latissime. Infortunatũ insup eũ/ut supra/diximus/qui ꝓfessiõe naturæ cõtraria: diuersum a genio subit dęmonẽ. Memẽ-

to uero ꝓ dignitate ꝓfessionū digniores gradatim acci pi dęmones seu mauis angelos/atq̃ i gubernatiōe pub/lica/etiā digniores. Posse uero artem uitæq̃ tenorē ac/cipi genio/& ingenio nō contrariū / neq̃ lōge diuersū: etiā si ad excellentiora ꝓcesseris. Memēto rursus fami/liaritatē eorū inire: quibus gratiæ cœlestes afflant. Qđ ex bonis animi/corporis/fortunæ perpēdes. Sicut enim odor ex muscho: sic ex bono boni nō nihil exhalat in ꝓximū: ac sępe perseuerat infusum. Mirificus autem fo ret cœtus triū fœliciū uel duorū iter se mirabiliter redū/dantiū. Memento deniq̃ effrenatos / & impudentes / & malignos/ac infœlices ꝓcul fugere. Hi nanq̃ malorum pleni dæmonū/uel radioꝝ/malefici sunt: & tanq̃ lepro/si pestilentesq̃ non solū tactu nocent: sed ꝓpinquitate etiā & aspectu. Sane ꝓpinquitas ipsa corporū animato/rū putaṫ esse cōtactus: ꝓpter efficacē uaporū exhalati/onē foras a calore/spiritu/affectu/manantem. Maxime uero pestilens erit flagitiosorū familiaritas atq̃ crudeli/um: si uerū fuerit: post uegetalē uitā mense Iouis/id ē se/cundo nobis infusam/deinceps mense Martis/id est ter tio sensualē animā infundi ꝑturbationibus mancipatā. Sic eñ qui ꝑturbatiōe feruntˀ/Martis pleni/Martiali cō tagione ꝓpinquos inficiunt. Cōtraria uero ratione con suetudo frequens contiguūq̃ cōmertium cum fœlicibꝰ excellentibusq̃ ut diximus ꝓdesse mirifice consueuit. Apolloniū Theaneū ferūt/Ephesi deprehendisse senē/ sub cuius figura lateret dęmon/ qui sola pręsentia totā ciuitatē peste cōtaminabat. Quantū uero Socrates mul tis pręsentia sola ꝓfuerit/Xenophon & Plato testanṫ.

Qua ratione litterati cognoscant ingeniū suum: se/quanturq̃ uictū spiritui cōsentaneum: Ca. xxiiij.

q Voniā uero litterarū studiosis loquor/ recorda/ri unūquēq̃ uolo litterarū amore captū in p̄mis se esse Mercurialē: Pręterea Solarē qua tenꝰ ip/se Mercuriꝰ ē Solaris. Atq̃ hęc cōmunis his oibꝰ est con

ditio. Proprie uero prẹter naturã Mercurialẽ quisquis eloquiȷ gratia/lepore/dignitate/uenustate pollet/ Apolline in se agnoscat/& Venerẽ. Qui ad leges uel naturalẽ cõmuneq̃ philosophiã est ꝓpensior/nõ ignoret Iouem se habere patronũ. Sed qui ad secretissima quẹq̃ curiosius perscrutãda penitus instigatur: sciat se non Mercurialẽ solũ esse: sed Saturniũ. Sub cuius etiã principatu sunt omẽs ĩ quouis studio usq̃ ad finẽ seduli: prẹsertim ĩ rebus aliȷs negligẽtes. Deniq̃ si uerũ est quod nonnulli tam physici q̃ astronomi tradũt/animã intellectu prẹditã in cõcẹptũ humanũ mẽse Solis/id est quarto descendere: qui plurimũ intellectu uiuũt/& ab initio sunt prẹcipue & quotidie/Solares euadunt. Horũ itaq̃ planetarum fauor his hominibus auspicãdus erit. Sub eorũ spiraculo medicinæ cõflandæ. In eorũ regionibꝰ habitãdũ. Verũ ad Apollinẽ musaꝝ ducẽ in primis uos o litterati musaꝝ cultores aduoco. Quicũq̃ igiť iter uos dilectissimi in musarũ amore fratres/ingenio multo magis/longiusq̃ q̃ corpore ualent/in profecto sciant in genitura quondã sua Phœbẽ quidẽ materiã suppeditasse ꝑpaucam: Phœbeũ uero spiritũ infudisse ꝗplurimũ. Immo & quotidie humores alimẽtaq̃ in corpore in spm̃ maxima quadã ex parte resoluere. Vnusquisq̃ igiť uestrum totus est ferme spiritus. Spiritalis inq̃ homo quidã terreno hoc corpusculo ꝑsonatus: Spm̃ ante alios ꝑpetuo quodã labore fatigãs: ut ipsi præ cẹteris sit assidue spũs recreãdus: & in senectute prẹterea in qua cõiter euadit crassior/ad subtilitatẽ ꝓpriã reuocandus. Scitis ꝑfecto crassum corpus crassis elemẽtis quattuor ali. Scitote igitur spiritale corpus suis quibusdam tenuibus elementis quattuor enutriri. Huic em̃ uinũ est ꝓ terra. Odor ipse uini uicẽ gerit aquẹ. Cãtus rursum & sonus agit aerem: Lumẽ aũt prẹfert igneũ elemẽtum. His ergo quattuor prẹcipue spiritus alitur/uino inq̃/eiusq̃ odore/ & cantu similiter atq̃ lumĩe. Sed nescio quomodo ab Apolline

primũ exorsi incidimus mox in Bacchum. Et merito q dem a lumine peruenimus in calorẽ: ab ambrosia in nectar: a ueritatis intuitu in ardentẽ ueritatis amorẽ. Fratres certe sunt indiuiduiq; comites Phœbus atque Bacchus. Ille qdẽ duo potissimũ uobis affert/lumẽ uidelicet atq; lyrã. Hic itẽ pręcipue duo/uinũ odorẽq; uini ad spiritũ recreandũ: Quo℞ usu quotidiano spiritus ipse tandem Phoebeus euadit/& liber. Quãobrẽ ita uos ad excipiendũ Solis lumẽ quotidie cõparate/ ut qua tenꝰ deuitata destillatione quadam/& exiccatione fieri potest/ frequẽtissime sub luce uiuatis: saltẽ in cõspectu lucis/ tũ eminus/tum cõminꝰ/tum tecti/tum aperti ad usũ ubiq; uestrũ uitalẽ Solis potentiã tẽperantes: atq; igne referẽtes in nocte Solem: citharæ cantusq; interim nõ obliti. Spirate uero semper & uigilãtes & dormientes aerem uiuũ/aerẽ luce uiuentẽ. Similiter habere uos oportet ad merũ Bacchi donũ Apollinis beneficio ꝓcreatum. Eadẽ igitur ꝓportione qua lumen/accipite uinũ. Abunde quidẽ quatenus nec destillatio/nec exiccatio/ qualẽ dixi ebrietasue cõtingat. Atq; pręter substantiam uini quotidie bis accęptã/odorẽ eius frequẽtiꝰ haurite/partim quidẽ os/ubi spiritus fuerit recreandus/ colluentes mero: partim lauãtes eodẽ manus: partim naribus & tẽporibus admouentes. Satis iam fratres collocuti sumus: satisq; combibimus: Ergo Valete.

De Astronomica diligentia in liberis ꝓcreandis: In pręparandis epulis: In ædificiјs & habitatione/atq; uestibus: & quãtum curare talia liceat: Ca.xxv.

Sed iuuat etiam parumper alloqui seuerũ religionis antistitẽ. Dic age quid nam in astrorũ usu dãnas antistes? Quicquid inquies arbitrio nostro detrahit: quicquid unius dei cultui derogat. Eadẽ ego tecum nõ damno solum: sed etiam ualde detestor. Execraris quinetiam scio/atq; ego insuper perhorresco non nullos/qui cum deũ exoratũ uolunt/ad Iouẽ in me

dio cœlo uastum illud draconis caput subeuntē tam mi/
seri q̄ʒ stulti confugiunt/ab ipso uidelicet dracone/qui
quondā e cœlo corruit/tertiā stellarū partem secum tra/
hens/deniqʒ deuorādi. Verū cōcedes ne/cōtractibus/
matrimonijs/colloquijs/itineribus/similibusqʒ operib9
peragēdis/horas oportunas eligere? Nō facile te his as/
sensurū uideo: nescio quid arbitrio metuentē. Ego igit̄/
& si theologus ille Magnus Albertus ista dabit: Et ratio
quędā forte dictabit: per electionē ipsam ad arbitriū p̄/
tinentem/cœlestia ita prudētiæ nostræ usui subijci/quē/
admodū herbæ medico subministrāt: tibi tamē potius ī
pręsentia credam. Et q̄ʒ tu difficile nunc ea permittis: tā
facile ipse dimittā. Obseruationes uero Lunæ ideoque
aliarū stellarum ad morbos curandos: & idcirco ad re/
media preparanda iamdiu (ut arbitror) permisisti. Con
cessum quoqʒ abs te/ & insuper approbatū/ crescēte Lu
na/eadēqʒ aucta lumine/nec aliūde infortunata/semini/
bus agros spargere/uites oleasqʒ serere. Cur non igitur
ad plantandū (ut cynice loquar) hominē/utamur benefi
cio Lunæ Iouisqʒ & Phœbi? Nā Veneris quidē ad hęc
officio semper utimur: Sed rectius modo dixissem/sę p
utuntur: Nā ipsa mihi Venus est Diana. Quid item de
uictu dicemus? Nōne licebit/& ꝓderit sub fœlici side/
re/tum autumno uinum/tum indies panem epulasqʒ cō
ficere? Ac si nequeamus ī his pręparādis aspectus side/
rum expectare: expediet saltē ascendētes accipere/uel
aliter angulares/Solem/Iouem/Venerem/atqʒ Lunam.
Sic em̄ omnia quibus utimur/ fœliciter affecta cœlitus/
fœliciter nos afficient. Hactenus te uideo absqʒ contro/
uersia cōcessurū: nisi forte dicas/ita uitam nostram nihil
fore aliud q̄ʒ perpetuā seruitutē. Ad hęc ego subijciam:
frustra mortales cumulandis pecunijs & honoribus ser/
uituros/quibus sunt perpetuo mancipati: nisi interim
diligentia physica dies uitæ sibi plures accumulent.
Aut igitur soli deo seruiant/quod quidē est potissimū:

aut sicui prętерea seruituri sunt/uitæ tũ ualidæ/ tum longę potius q̃ pecunijs honoribusq́; uanis indulgeãt. Concordes ergo sumus. Sed nunquid uel domos fundabũt temere/uel infaustas habitabũt? Vbi cõtagiosa quędã calamitas ędificij ferme sic inficit habitantẽ/ut uenenosus pestilẽtiæ uapor/etiã ad bienniũ in pariete seruatur. Qualis etiã ex epidimia latens in ueste/diu postea utẽtem inficit incautũ/atq́; perdit. At postq̃ hic in uestium incidimus mentionẽ/ꝓhibebis ne pie pater in ueste cõficienda/uel primũ induẽda spiraculũ Veneris diligenter aucupari? Quo quasi Venerea facta uestis: similiter ꝓspera quadã corpus/& spiritũ afficiat qualitate. Nonne medici uetant uulpiũ pelles? Agninas ꝓbant? Non aliter forte sidus indies quasi nascentes uestes afficit/ q̃ semel ab initio natas. Vestes quidẽ & cętera artis opera certã a sidere qualitatẽ accipere/Thomas Aquinas ĩ libro de fato confirmat. Tu igiť affirmabis. Infectas uero uestes/utentẽ inficere/etiã testis ẽ scabies atq́; lepra. Deniq́; si populi uitæ consulis (ut opinor) ista ꝑmittes. Atq́; ego permissione tua consulã obseruanda. Sin autẽ eiusmodi moribundæ uitæ curã/non improbas quidẽ/ sed negligendã mones: ego quidẽ negligo: melioris uitæ fiducia frętus: cęterisq́; siliter cõsulo faciendũ. Vale.

Quomõ per inferiora supioribus exposita deducantur superiora: & ꝑ mundanas materias mundana potissimum dona: Capitulum. xxvj.

S Ed ne longius digrediamur ab eo/quod interpretantes Plotinũ instituimus ab initio/breuiter ita collige. Mundus ab ipso bono( ut Plato una cum Timęo Pythagorico docet) q̃ optimus effici poterat/ẽ effect⁹. Est igiť nõ solũ corpore⁹: sed uitæ ĩsup & intelligẽtiæ particeps. Quãobrẽ prętercorp⁹ hoc mũdi sensib⁹ familiariter manifestũ/latet in eo spũs corpus quoddã/excedẽs caduci sẽsus capacitatem. In spũ uiget aĩa: ĩ aĩa fulget ĩtelligẽtia. Atq́; sicut sub Lũa nec miscet

aer cum terra/nisi per aquã:nec ignis cum aqua:nisi per aerem:sic in uniuerso esca quędam/siue fomes ad animam corpori copulandã/est illeipse quẽ spiritum appellamus. Anima quoq; fomes quidã ẽ in spiritu/corporeq; mundi / ad intelligentiã diuinitus consequẽdã: Quemadmodum summa quędã in ligno siccitas ad penetraturum oleum est parata. Oleum huic imbibitũ/pabulũ est ad ignem: Ad calorẽ dico ꝓxime. Calor ipse luminis ẽ uehiculum: ac si lignum hoc eiusmodi sit/ut igne pręsẽte fulgeat/nõ uratur: qualia quandoq; uidimus/iam hoc exemplo uidebimus: utrum uel homo: uel aliud quiddam sub Luna/certis quibusdã pręparamentis: partim quidẽ naturalibus: partim arte quęsitis/uitalia: atq; etiã forte intellectualia quędam bona oportune quodãmodo desuper accipere possit. Verũ quod hic ad religionẽ spectat discutiemus alibi: ubi Plotinus in medium hęc adducet. Quod uero ad naturales spectat influxus/qualescunq; sint desuper uenientes: scito eos in nobis materijsq; nostris ita demum per artẽ cõparari posse: quãdo fomenta nobis nostrisq; ad illos natura subgesserit: cœlumq; ad eosdẽ oportunius cõspirauerit. Non ne in ipso fœtu natura fętus ipsius artifex: cum certo quodã pacto corpusculum affecerit/figurauerítq;/hocipso statim pręparamento/uelut esca quadã spiritũ ab uniuerso deducit? Perq; hũc uelut fomitẽ: uitam haurit/atq; aĩam? Ac deniq; per certã animæ speciem dispositionẽq;/corpus ita uiuens dignum est pręsentia mentis tãdem donatæ diuinitus. Vbiq; igitur natura maga est / ut inquit Plotinus/atq; Sinesius/uidelicet certa quędam pabulis ubiq; certis inescans: non aliter q̃ centro terræ grauia trahens: Lunæ concauo leuia: Calore folia: humore radices: cęteraq; similiter. Quo quidem attractu secũ ĩpo deuinciri mundũ testantur sapientes Indi/dicẽtes mundum esse animal passim masculũ simul atq; fœminam: mutuoq; membrorũ suorum amore ubiq; coire secum/

atq; ita cōstare: uinculū uero mēbrorū inesse ꝓ insitam sibi mentē: quæ totā infusa per artus agitat molē/ & magno se corpore miscet. Hinc Orpheus naturā ipsā mundi/ Iouēq; mūdanū/ marē appellat & fœminā. Vsq; adeo mutui partiū suarū cōiugij ubiq; mūdus est auidus. Esse uero masculinū sexū fœminino ubiq; cōmixtū/ declarat illinc quidē ordo signoꝝ. Vbi pręcedens ꝑpetuo deinceps ordine masculinū est: subsequens fœmininū. Hinc uero arbores/ atq; herbæ: Quæ etiā sicut aīalia utrunq; sexum habēt. Mitto ꝙ ignis ad aerē/ aqua ad terrā masculi uicē tenet ad fœminā: Vt nō mirū sit mēbra inter se mundana & omnes eius articulos/ mutuū cōiugium cōcupiscere. Quod & planetæ cōciliant/ partim quidē mares/ partim uero fœminæ. Pręcipue uero Mercurius masculus atq; fœmina/ hermaphroditi pater. Quod sane animaduertēs agricultura/ pręparat agrum seminaq; ad cœlestia dona: Et insitionibus quibusdā uitā plantæ propagat: & ad speciē alterā melioremq; ꝑducit. Similia quędā efficit medicus/ & physicus/ & chirurgicus in corpore nostro/ tum ad nostrā fouendā/ tum ad uniuersī naturā uberius comparandā. Idem quoq; philosophus naturaliū rerū astrorūq; peritus/ quē ꝓprie magū appellare solemꝰ/ certis quibusdā illecebris/ cœlestia terrenis oportune quidē: nec aliter inserens ꝙ insitionis studiosus agricola ueteri recentē stipiti surculum. Quod & Ptolemęus ualde probat/ affirmans eiusmodi sapientē/ sic astrorum opus adiuuare posse: quemadmodū agricola terræ uirtutem. Subijcit magus terrena cœlestibꝰ/ immo inferiora passim superioribus: ut proprias ubiq; fœminas suis maribus fęcundandas: ut ferrum magneti trahendū: ut camphorā aeri feruenti sugēdā: ut crystallum Soli illuminandū: ut sulphur & sublimē liquorē accendendū flāmæ: ut oui testā uacuā & impletam rore/ Soli eleuandā/ immo ut ouū ipsum gallinæ fouendum. Pręterea sicut nō nulli fouētes oua/ etiā sine animalibus

uitā illis ex uniuerso cōciliāt: & sępe materias quasdam oportune parantes absq; ouis manifestisq; seminibus/ animalia pcreāt: ut ex ocimo scorpionem: apes ex boue: ex saluia auem merulæ similem: Vitam uidelicet a mundo materijs certis oportunisq; tēporibus adhibentes: Sic & ille sapiēs ubi cognouit quæ materię/ siue quales partim inchoatæ natura/ partim arte perfectæ: & si sparsæ fuerint congregatæ/ qualem cœlitus īfluxum suscipere possint: has eo regnante potissimū/ colligit/ pręparat/ adhibet: sibiq; per eas cęlestia uendicat. Vbicūq; enim materia quędam sic superis exposita est/ sicut speculare uitrum uultui tuo/ pariesq; oppositus uoci/ subito superne patitur ab agente uidelicet potentissimo a potestate uitaq; mirabili ubiq; pręsente/ uirtutemque passione reportat. Non aliter q̄ & speculum imaginem representat ex uultu: & ex uoce paries Eccho. His ferme exemplis ipse Plotinus utitur/ ubi Mercurium imitatus ait: ueteres sacerdotes/ siue magos in statuis sacrificijsq; sensibilibus diuinum aliquid/ & mirandum suscipere solitos. Vult autem una cum Trismegisto per materialia hęc non proprie suscipi numina penitus a materia segregata: sed mundana tantum/ ut ab initio dixi/ & Synesius approbat. Mūdana inquam/ id est uitam quandā/ uel uitale aliquid/ ex anima mūdi & sphęrarum animis atq; stellarum: uel etiam motū quēdam/ & uitalem quasi pręsentiā ex dęmonibus: Immo interdum ipos dęmonas eiusmodi adesse materijs. Mercurius ipe/ quem Plotinus sequitur/ inquit/ dęmonas aerios/ non cœlestes: ne dum sublimiores: statuasq; Mercurius ipe cōponit ex herbis/ arboribus/ lapidibus/ aromatis/ naturalem uim diuinitatis (ut ipe ait) in se habentibus: Adiungit cantus cęlestibus similes: quibus ait eos delectari/ statuisq; sic adesse diutius/ & prodesse hominibus/ uel obesse. Addit sapientes quondam ægyptios: qui & sacerdotes erant/ cū non possent rationibus psua-

dere populo esse deos/id est spiritus aliquos super homines/excogitasse magicũ hoc illicium / quo dęmonas allicientes/in statuas esse numina declararent. Sed Iamblichus damnat ægyptios φ dęmonas non solum ut gradus quosdam ad superiores deos inuestigandos accęperint: sed plurimũ adorauerit. Chaldęos uero dęmonibus nõ occupatos ægyptijs anteponit. Chaldęos inq̃ religionis antistites. Nam astrologos tam Chaldęorũ q̃ Aegyptiorũ quodãmodo tentauisse dęmonas per harmoniam cœlestẽ in statuas fictiles trahere suspicamur. Quod significare uidetur astrologus Samuel hebręus auctoritate Dauidis Bil astrologi fretus: Antiquos uidelicet fictores imaginũ fecisse statuas futura ꝓnunciãtes. Harmoniã uero cœlestiũ his accõmodatã esse tradit/metallũ fũdere ad hominis pulchri formã/die Mercurij hora tertia scilicet Saturni: Quando Mercuri⁹ Saturnum in Aquario subit/in nona cœli plaga / uaticiniũ designante: Ascenditq; Geminorũ sidus significãs prophetas (ut aiunt) Mars a Sole cõburitur: nec Mercuriũ intuetur. Sol tamẽ aspicit cõiunctiõis illius locum. Venus interea aliquem obtinet angulũ: occidentalis est & potens. Luna ex trigono gradum aspicit ascẽdentem: similiterq; Saturnus. Hęc illi. Ego autẽ primo quidẽ ex beati Thomæ sententia puto /si modo statuas loquentes effecerint/non simplicem ipsum stellarum influxũ ibi formauisse uerba: sed dęmonas. Deinde si forte contigerit eos in eiusmodi statuas ingredi/nõ arbitror hos ibi per cœlestẽ influxum fuisse deuinctos: sed sponte potius suis cultorib⁹ obsecutos: deniq; decepturos. Nã & natura superior ab inferiore cõciliatur quidẽ aliquando: sed cohiberi nequit. Et dispositio illa siderum paulo ante descripta/cõcurrere forte non potest. Quamuis autẽ dęmones astronomica ratione statuis nõ includãtur: tamen ubi ꝑ cultũ eis exhibitũ/pręsẽtes extiterint/Porphyrius ait eos regulis astronomicis oracula reddi-

disse: atq3 ideo frequenter ambigua: Et merito/quoniā Iamblichus probat prophetiam ueram/atq3 certam: nec malis dæmonibus conuenire: nec humanis artibus/uel natura/sed spiratione diuina purgatis mentibus prouenire. Sed ad Mercurium: immo ad Plotinū iam reuertamur. Mercurius sacerdotes ait accæpisse uirtutem a mundi natura conuenientē: eamq3 miscuisse. Secutus hunc Plotinus/putat/totum id anima mundi conciliante confici posse: Qua tenus illa naturaliū rerum formas/per seminales quasdam ratiōes sibi diuinitus insitas generat/atq3 mouet. Quas quidem rationes appellat etiā deos: Quoniā ab ideis supremæ mentis nunq3 destituuntur. Itaq3 per rationes eiusmodi animā mundi facile se applicare materiis: quas formauit ab īitio per easdē: quando magus uel sacerdos oportunis temporibus adhibuerit formas rerum rite collectas: quæ rationē hanc/aut illam proprie spectāt: sicut magnes ferrum: reubarbarum choleram: crocus cor: eupatorium spodiumq3 iecur: spica muschusq3 cerebrū. Fieri uero posse quādoq3 ut rationibus ad formas sic adhibitis/sublimiora quoq3 dona descendant/qua tenus rationes in anima mūdi cō iunctæ sūt intellectualibus eiusdem animæ formis: atq3 per illas diuinæ mentis ideis. Quod & Iāblichus approbat/ubi de sacrificiis agit. Qua de re alibi nos oportunius disputabimus. Vbi etiam apparebit/q3 impura superstitio populi gentilis extiterit: Contra uero q3 pura pietas euangelica fuerit: Quod magna ex parte in libro de religione christiana iam fecimus.

Finis libri tertij & ultimi.

# Apologia

Apologia quædã: In qua de medicina/astrologia/uita mũdi: Itẽ de magis/q Christũ statim natũ salutauerunt.

m Arsilius Ficinus Florẽtinus/dilectissimis suis in ueritatis studio fratrib⁹/trib⁹ Petris/Nero/Guiciardino/Soderino/ter quaterq; salutẽ. Rectius modo Tripetro q̃ trib⁹ Petris fortasse dixissem. Sicut eñ ubi palma est una nõ faciũt plures in ea digiti/ man⁹ ibi plures: sic uestra amici corpa tria nihil ꝓhibere uidẽtur/quo minus unũ efficiat Petrũ una uolũtas. Faber ille cœlestis patriæ Christus tã ingentẽ ꝓcreauit petrã/ut ĩmẽso huic ædificio ecclesiæ suæ una hæc petra fundando sufficeret. Ego quoq; tã grãdes nact⁹ sũ diuia quadã sorte petras: ut tres nũc meo uel arduo satis ædificio faciãt. Nũc uobis amici nũc/si nescitis/arx illa Palladis necessaria fore uidet̃: qua ꝓcul a nobis sæuũ impioꝝ gigãtũ impetũ arceamus. Quãobrem uestra primũ arce tribus cõstructa petris/triũ liberoꝝ meoꝝ uitã/uitæ publicę succurrẽtiũ munire decreui. Scitis (ut arbitror) me de uita librũ cõposuisse/in libellos tris diuisum. Quorũ primus de uita sana. Secundus: de uita longa. Tertius: de uita cęlitus inscribet̃. Igit̃ esca tituli tã suauis q̃ plurimos alliciet ad gustandũ: Sed in numero tãto ignorãtes plæriq; futuri sũt (ut arbitror) maligni quoq; non pauci. Ali⁹ ergo dicet/ Nõne Marsili⁹ ẽ sacerdos? Est ꝓfecto. Quid igit̃ sacerdotib⁹ cũ medicia? Quid rursũ cũ astrologia cõmertij? Ali⁹ itẽ: Quid Christiano cũ magia uel imaginib⁹? Alius aũt/& q̇dẽ indign⁹ uita/uitã inuidebit cœlo. Cũcti deniq; sic affecti/beneficio in eos nostro ĩgrati nimis erũt: Atq; aduersus charitatẽ nostram: Qua uitæ/ꝓspitatiq; publicæ ꝓ ingenij facultate cõsulimus/nõ pudebit esse crudeles. Cõmunis igit̃ erit uobis iste labor: Sed ut quodã modo leuior sit: tres eñ estis aduersũ tres hostes/distributũ subite certamẽ. Nec inuectiua (noui eñ ingeniũ uestrũ) cõfutabitis inuectiuã: Sed alieni fellis amaritudinẽ (quæ uestra suauitas est mirifica)

uestri mellis dulcedine superabitis. Principio cādidissi/
me Nere respōdeto primis/antiqssimos quondā sacer/
dotes fuisse medicos pīter & astronomos. Qđ sane chal
dæorū/persarū/ægyptiorū testificant̄ historiæ: Ad nul/
lū preterea magis ꝙ ad piū sacerdotē ptinere singularis
charitatis officia: quæ qdē in maximo oīm beneficio ꝙ/
maxime lucēt. Officiū uero præstantissimū est ꝓculdu/
bio/qđ & maxime necessariū: & imprimis ab oībus ex/
optatū: efficere uidelicet/ut hoībus sit mēs sana in cor/
pore sano. Id aūt ita demū prestare possumꝰ/si cōiūgimꝰ
sacerdotio medicinā. At quoniā medicina sine fauore
cœlesti (qđ & Hippocrates Galienusꝙ cōfitent̄/& nos
expti sumus) sæpius est inanis/sæpe etiā noxia: nimirū
ad eādē sacerdotis charitatē astronomia ptinet/ad quā
attinere diximꝰ medicinā. Eiusmodi (ut arbitror) medi/
cū honorari sacræ litteræ iubēt: qm̄ ꝓpter necessitatem
hūc altissimꝰ ꝓcreauerit. Et Christus ipse uitæ largitor/
q discipulis mādauit/lāguētes toto orbe curare/sacerdo
tibꝰ quoꝙ præcipiet/ si minus uerbis /ut illi quōdā/ me/
deri possint: saltem herbis & lapidibꝰ medeant̄. Quæ si
minus ipa sufficiāt/oportuno quodā afflatu cæli cōflare
hec/& ægrotis admouere iubebit. Nā & ipe eodē affla/
tu celi aīalia passim ad suā quæꝙ cōcitat medicinā: usꝙ
adeo uite oīm abūdātissime ꝓuidet. Sic istinctu celesti
diuinitꝰ istigāte/ꝑpētes qdē marathro/hirūdines aūt che
lidonia oclis medicant̄: Aqlæ uexatæ ꝑtu aetitem lapi/
dē diuinitꝰ iuenerūt/quo fœlicit̄ oua statim eniterent̄.
Itaꝙ deꝰ ipse q ꝑ celū aīalia queuis ad medicinas istigat:
sacerdotes certe pmittit nō mercede inꝗ/ sed charitate
medicinis celitꝰ cōfirmatis morbos expellere. His ꝟo tu
deīceps plura etiā si expedierit igenij tui aculeis addes.
Surge post hæc & tu Guiciardine uæhemēs: atꝙ curio/
sis ingenijs r̄ndeto/ Magiā ulʼ imagines nō ꝓbari qdē a
Marsilio/sed narrari/Plotinū ipm iterp̄tāte. Qđ & scp̄ta
plāe declarāt/si eꝗ mēte legāt̄. Neꝙ de magia h̄ ꝓpha/

na/ quæ cultu dæmonũ nitiť /uerbũ qdẽ ullũ asseuerari: Sed de magia naturali/ quæ rebus naturalib⁹ ad ꝓspera corpoꝝ ualitudinẽ cęlestiũ beneficia captat/effici mẽtionẽ: Quæ sane facultas tã cõcedẽda uideť igeniis legitime utẽtib⁹/ꝗꝫ medicina & agricultura iure cõcediť: Tãtoqꝫ etiã magis/quãto pfectior est industria/terrenis cęlestia copulãs. Ex hac officina magi oĩm primi Christũ stati natũ adorauerť. Quid igiť expauescis magi nomẽ formidolose? Nomẽ euãgelio gratiosũ: Qđ nõ maleficũ & ueneficũ:sed sapientẽ sonat & sacerdotẽ. Quid nã ꝓfiteť Magus ille uenerator Christi prim⁹? Si cupis audire/q̃si qdã agricola est:certe qdã mũdicola est. Nec ꝓpterea mundũ hic adorat:queãdmodũ nec agricola terrã: Sed sicut agricola hũani uict⁹ gr̃a ad aerẽ tpat agrũ: sic ille sapiens/ ille sacerdos gr̃a salutis hũanæ inferiora mũdi ad supiora contemperat:atqꝫ sicut oua gallinę/sic oportune terrena subiicit fouenda cœlo. Qđ efficit semper ipse de⁹:& faciẽdo docet/suadetqꝫ facere/ut a supis infima generenť & moueanť/atqꝫ reganť. Deniqꝫ duo sũt magiæ genera. Vnũ qdẽ eoꝝ/q certo quodam cultu dæmõas sibi cõciliãt:Quorũ opa freti fabricãt sæpe portẽta. Hoc aũt penitus explosũ est/q̃n princeps hui⁹ mũdi eiæctus est foras. Alterũ uero eoꝝ q naturales materias oportune causis subiiciũt naturalib⁹ mira quadã ratiõe formãdas. Hui⁹ quoqꝫ artificii spẽs duę sũt. Altera qdẽ curiosa:alťa nc̃caria. Illa sane ad ostẽtationẽ supuacua fingit ꝓdigia: Ceu q̃n Persaꝝ magi ex saluia sub fimo putrefacta dũ Sol & Luna secundã Leonis faciẽ occuparẽt/eũdẽqꝫ gradũ ibi tenerẽt/generabãt auẽ merulę similem:serpẽtina cauda:eãqꝫ redactã in cinerẽ infũdebãt lampadi: Vñ domus statim plena serpẽtib⁹ uidebať. Hoc autẽ tanqꝫ uanũ & saluti noxiũ ꝓcul effugiendũ. Tenẽda tñ species necessaria/cũ astrologia copulãs medicinã. Si qs aũt ptinax ulterius instet/morẽ huic ita gerito Guiciardine: ut ne legat hæc nostra/nec itelligat/

nec meminerit/nec utatr hõ/si hõ est/tanto bñficio prorsus indign⁹. Multa sunt præterea quæ tu aduersus ingratã ignorãtiã in mediũ afferre tuo igenio poteris. Quid nã agis & tu strenue Soderine noster? Tolerabis ne supstitiosos cæcosq; nescio quos futuros/q uitã i aialibus: uel abiectissimis: herbisq; uilissimis manifestã uidẽt: In cœlo/in mũdo nõ uidẽt. Iã uero si homũciones isti uitã minimis cõcedũt mũdi pticulis/quæ tãdẽ demẽtia est? Quæ inuidia? Nec nosse/nec uelle totũ uiuere ĩ quo uiuimus/& mouemur & sum⁹. Quod qdẽ canit Arat⁹: Ioue mãifeste significãs cõmunẽ corpis mũdani uitã. Peropportune nũc in hæc Arati uerba nescio quõ uideor incidisse: Memini Lucã euãgelistã: memi Paulũ apostolũ his uerbis libẽter uti: In qbus mũdi uitã sapientes illi nõ horrẽt. At uero supstitiosus qdã his obijciet nõ facile cõuinci ex uerbis eiusmodi Paulũ assentiri/mundum habere aiam: sed tãtũ subesse deo: ac nos in hocipo deo uiuere. Esto igit. Ne nominem⁹ in mũdo qñ nõ placet aiam. Nomẽ aia sit pphanũ. Licebit ne saltẽ uitã qualẽcũq; dicere? Quã de⁹ ipse mũdi faber huic opi suo tã fœliciter absoluto clæmẽter inspiret. Quãdoqdẽ erga uilissima quæq; uiuẽtia nõ ẽ auar⁹/Et quotidie p cœlũ & plurimis quæ sunt in eo largissime præstat uitã. Dic amabo nonne uides boues & asinos/o bos/o asine/q tactu quodã ex se uiuẽtia generãt/esse uiuos? Si ergo hæc præterea/ex se uiua quædã aspectu etiã generarẽt/an nõ multo magis hæc uiuere iudicares? siqd modo ipe iudiciũ/siquã uitã habes. Cœlũ terræ maritus/nõ tãgit (ut cõmunis est opinio) terrã. Cũ uxore nõ coit: sed solis siderum suorũ quasi oculoꝝ radijs undiq; lustrat uxorẽ: lustrãdo fœcũdat/pcreatq; uiuẽtia. Nũ ergo uitã uel intuẽdo largiens ipsũ in se ppriã nullã habet uitã? Et qd dedit aui struthio uitã aspectũq; uiuificũ: lõge ẽ hocipo deteri⁹. His tãdẽ adductis in mediũ/nisi psuaseris supstitiosum istũ mittito semiuiuũ: imo pro nõ uiuũ. Proinde ut plu/

rib⁹ causam nostrã patrõis agam⁹/addito Petre mi Nere Amphionẽ illũ nostrũ Lãdinũ Christophorũ oratorẽ p̃iter & poetã. Ille noster Amphiõ suauitate mira celeriter lapidea hostiũ nostrorũ corda demolliet. Tu uero Guiciardine charissime compater/ito nũc/ito alacer/ Politianũ Herculẽ accersito. Hercules quõdã ubi piculosius certandũ foret/uocitabat Iolaũ: Tu nunc similiter Herculẽ. Nosti ꝑfecto quot barbara mõstra latiũ iã deuastãtia Politianus Hercules inuaserit/lacerauerit/interemerit/q̃ acriter expugnet passim: Q̃ꝫ tuto ꝓpugnet. Hic ergo uel centũ hydræ capita nr̃is liberis minitantia statim cõtũdet claua/flãmisq̃ cõburet. Eia mi dulcissime Soderine: surge age/Picũ salutato Phœbeũ. Hunc ego sepe Phœbũ appello meũ: Ille me Dionysium uicissim atq̃ liberũ. Fratres ergo sum⁹. Nũcia Phœbo meo/uene nosũ cõtra nos pythonẽ epax/lude iãiam emergẽtẽ. Tẽdat arcũ/obsecra precor. Cõfestim spicula iaculeť. Intẽdet ille ꝓtin⁹/scio q̃d loq̃r: uenenũq̃ totũ semel una nece necabit. Valete iã fœliciter amantissimi fratres mei/ nõ ualitudine tantũ fœlici: sed ip̃a etiã fœlicitate digni. Liberorũq̃ meoꝝ ĩ lucẽ iã ꝓdeuntiũ ualitudinẽ fœlicitatemq̃ curate. xv. Septembris. M.cccclxxxix. In agro Caregio.

Q̃ꝫ necessaria sit ad uitam securitas & tranquillitas animi.

m Arsilius Ficinus dilectissimis in ueritatis uenatiõe fratrib⁹ Bernardo Canisiano/Iohãni Canacio/Amerigo Cursino Salutẽ. Cũ primis hic in uerbis uenationẽ quandã instituissemus/ merito forsan canes statim adhibuimus & cursores. Apte q̃dẽ philosophãtes appellauim⁹ uenatores/anhela sp̃ ueritatis indagine laborãtes. Nũ etiã apte canes? Aptissime inquit in Republica Socrates. Philosophãtes em̃ uel legitimi sũt uel spurij. Ambo canes. Illi q̃dẽ ueritatẽ ipsam sagaciter inuestigãt/mordic⁹ inuentã tenẽt. Hi uero ꝑ opinione

latrāt/mordēt/lacerāt. Tantū ꝑfecto canes inter philo-sophos sibi uēdicāt: ut nō solū seipsos in sectā aliquā inseruerint: sed etiā sectā ipsi suā noīe Cynicā quādoqꝫ cō fecerint. Habet quinetiā suos Academia canes. Huc ergo uos sagaces academiæ canes: huc uos uelocissimi cursores aduoco. Tris enim estis. Tres ergo nūc meos precor defendite liberos adhuc teneriores/inter lupos (ut uereor) e uestigio ꝑdituros. Currite inqꝫ alacres: negocia eñ nūc uobis optata mādo/nō curas. Georgiū Benignū Saluiatū cognoscitis meū: Qui ueritatē illā ꝑ cui⁹ nūc uos uestigia passim uenādo discurritis/iādiu ē sagaciter assecut⁹. Qui & fratres suos Solis instar/maior ipse/minores illustrat. Huic igit̄/siquē lupoꝝ hululatū audieritis/nūciate. Fortissim⁹ ille Georgi⁹ oēs facile fugabit lupos/q & uastū draconem quādoqꝫ trāsfixit. Ille me igit̄/ille sollicitudine simul & uos cura leuabit. Solet eñ inter uos aliqs/& qdē iā sæpius dicere: nihil ad uitā salubrius experiri/q̄ magna cū securitate tpa deglutire: Ceteri uero dicenti ꝑtin⁹ arridere. Sed dic age Canaci qd nā hoc tuū ē toties repetitū? Tpa deuorare? Quid deniqꝫ tibi uis? Nō esse inqs/sed bibere poti⁹. Nō mādere/uel cōterere: sed faucib⁹ plenis ingurgitare: Siquidē tps ipsū natura quædā est liquēs (ut ita dixerim) atqꝫ labilis. Liquētiū uero hæc est cōditio: ut si cohibeas in angustū/subito ꝑdas. Diffluūt eñ coacta celeriterqꝫ diffugiūt. Si aquā spōgiæ imbibitā forte cōpsseris/exprimes eā/statimqꝫ dispges: Si lati⁹ hāc tenueris/retinebis: Multo magis aerē/ignēqꝫ/& ætherē. Hinc apud poetas frustra cōtendūt/q ampla diuoꝝ maniū ue simulacra ulnis capessere moliunt̄. Late admodum accipiēda sūt latissima. Liquentia & amplissima sūt amplissime possidēda. Tunc certe grauiter nos ꝑmit angustia/qn̄ aīm ipsū motūqꝫ ei⁹ naturaliter amplū redigim⁹ in angustū. Quicūqꝫ studia negociaqꝫ pēsitāt examussim: & i minima queqꝫ sp exactissime deterūt: uitā interea suā/heu suā uitā clā

miseri cōterūt. Recte igit̄ Pythagoras prçcepisse uidetur: Caue neqn̄ in angustū forte cohibearis / Nihil cœlo amplius: Nihil est uitalius. Angustissima uicissim terra uitā habet in mūdo q̄ minimā. Denique si cœlo tpeque uiuimus / quāto hæc latius absorbemus / tāto uiuimus & diutius. Viuite ergo lati ab angustia procul o amici. Viuite læti. Læticia cœlū uos creauit sua: Quā suo quodā risu / id est dilatatiōe / motu / splēdore declarat: q̄si gestiens. Læticia cœlū uos seruabit uestra. Ergo quotidie ī præsens uiuite læti. Nā sollicitudo præsentiū / rapit uobis præsens: præripitque futurū. Curiositas futuro℞ celeriter in præteritū uos traducit. Ite℞ igit̄ precor / atque ite℞ / uiuite læti. Nā fata sinūt: dū securi uiuitis. Sed ut reuera sine cura uiuatis / ne unā qdē hanc curā sumite: q̄ solliciti curetis unque: qua potissimū diligentia curas effugiatis. Vna em̄ cura hæc mortalibus heu miseris omī cura cor urit. Negligite igitur diligentiā. Negligentiā uero diligite: Atque hanc etiā negligent̄: Quoad licet uobis inque / atque decet. Hæc autem nō tam ut sacerdos amici mādo uobis / q̄ ut medicus. Nam absque hac una tanq̄ medicina℞ omniū uita / medicinæ omēs ad uitā producendā adhibitç / moriunt̄. xvi. Septēbris. M.cccclxxxix. In agro Caregio.

Finis Apologiæ

# Principaliū sententiarū ānota.

Principaliū sententiarū libellorū Marsilij Ficini Florentini de triplici uita Annotatio.

# Annotatio

# Annotatio.

# Annotatio.

# Annotatio.

Vita per res temperatas/permanens in spiritu/recreat: &c.li.ij.ca.xiiij.

Vitam in corpore prolongare cupientes/spiritum excolere & augere nutrimentis sanguinem temperatū augentibus & clarum/aere electo/suauibus odoribus alere/sonis & cantibus oblectare:li.ij.ca.xviij.

Vita non est in uiuentibus nisi per Solem & Lunam:li. iij.ca.vj.

Vita longa ad perfectionem scientiæ necessaria est:li. ij.ca.j.

Vitam longam etiam diligentia nostra prestat:li.ij.ca.j

Vita consistit in calore & humore:li.ij.ca.ij.

Vitæ pducendæ precepta:li.ij.ca.ij.

Vitalis calor nutritur humore:quo deficiente fit resolutio:quo excedente fit suffocatio:li.ij.ca.ij.

Viuere diu non cupimus dissolutos:li.ij.ca.j.

Viuere fortunate cupiens/in primis agnoscat ingeniū/sidus/genium suum/& locum eisdem conueniētem. li.iij.ca.xxiij.

ç Inziber conditum mane stomacho uacuo sumptum/sensibus & memoriæ confert:li.j.ca.ix.

Zinziberis cōditi us⁹ pbat:li.ij.ca.ix.precipue senib⁹.

